1492 venetia

R.478567

1492

# Horologium sapientie

Ad lectorem

q Uiſquis es o lector piiſſime te per tuam rogo humanitatem neqꝫ horologii titulum neqꝫ nomē abhorreas. Siſte obſecro ⁊ turbulentiſſimos ſi qui forte cōmotioris animi motus ſunt ad ſanctiſſimi ſpiritus arcē ac ſedem reuoca: nec illum a ſtatu ſuo quibuſuis artibus dimoueri patiaris. Quod ſi feceris (vt p̄cor facias) certo cognoſces horologii dignitatē ac maieſtatē: nec modo hērici diuinum auctoris ſapiētiſſimi cōſilium laudabis: verum ſanctimoniā ⁊ pietatē ac ſublimes illius celſi ingenii cogitatus admirabē. Perlege doctā pitèr ac deuotiſſimā lectionē: nec tm̄ legas velim ſed ſtudeas quoqꝫ ac ingēti quodaꝫ otio mediteris. Ni fallor inuenies vnde maiorē inmodū valeas oblectari. Habet eni omnis noſtra philoſophia puriſſimū quoddā voluptatis genus: quod ꝓfecto cū adūxeris innocētie tum nihil melius in vita ꝯperies. Nā cum ſapiētia ⁊ pietate xp̄iana res cōſtet: de incōp̄hēſibili verbo quod deus optim⁹ maxime gignit de ipſius ortu in hanc lucē: de morte quā noſtri gratia pertulit: de ſuſcitatione ab inferis: ac de ſapiētia diuinaꝝ reꝝ tum deuotiſſima: tum grauiter ac magnifice diſputat. Lege felix aliosqꝫ vt henricum legant conſulas. Uale.

Incipit prologus in libꝛū qui intitula-
tur hoꝛologium ſapientie editū a beato
Hērico ſiſo viro ſanctiſſimo oꝛdinis ſacri
pꝛedicatoꝛum.

Sentite de domino in bonita-
te ⁊ in ſimplicitate coꝛdis q̄ri-
te illum: quoniā inuenitur ab
his qui nō temptant illum. ap
paret autem eis qui fidem ha
bent in illum. Multifarie multiſqꝫ mo-
dis olim in pꝛimitiua eccleſia electis ſu-
is diuina ſapientia apparuit: mēteſqꝫ eo
rū ſuo lumine illuſtrauit: qui ſpiritu fer
uentes domino ſeruiētes erāt in ſancti-
tate ⁊ iuſticia coꝛā ipſo. Miſerat tunc
nāqꝫ deus de excelſo ignē in oſſibus eo
rum: ⁊ facta ſunt coꝛda ardoꝛe charita-
tis eſtuātia vehemēter. Diffundebat̄ āt
flāma exterius lucentiū operū ⁊ effica-
cium exemploꝝ. Siquidē in bonitate ⁊
in ſimplicitate coꝛdis dominū q̄rētes ne
gotioꝛum ſecularium nulla erat eis recoꝛ
datio: ſed ſolum pctā plangere: diuinis
intendere: ſe intra ſe cōtinere: coꝛpus ſu-
um ſpiritui ſubijcere: ſoliqꝫ eterne ſapiē
tie iugiter adherere ſolicitudo ⁊ intētio
tota fuit. Sed heu modernis tempoꝛi-
bus modo iam ſeneſcēte hic amoꝛ ⁊ fer
uoꝛ diuinus in multoꝝ coꝛdibus tantū
refriguit. vt pene ſit extinctus: ⁊ pauci in
ueniantur qui deuotiōi ſtudeant: qui no
uam gratiam ſe calefacientem querant
qui imbꝛē lachꝛymaꝝ auſtro flante per-
fundi gaudeant: qui viſitationis diuine
⁊ allocutionis ſuperne gratiam querāt:
ſed ſtudio vanitatis: ⁊ genealogijs inter-
minatis ac delitijs coꝛpalibus ⁊ pꝛomo-
tionibus intendentes letali quodam ſo-
poꝛe tenentur ligati. At vere ſapiētia di-
uina de ſalute cūctoꝛum ſolicita hec ma
la per electos ſuos emēdare ſemper cu-
piens. in pꝛeſenti opere pꝛincipaliter nō
intendit quidem infoꝛmare neſciētes eo
ꝙ iam repleta ſit terra ſcientia domini:
ſed reaccēdere extinctos. frigidos inflā-
mare: mouere tepidos: indeuotos ad de
uotionem pꝛouocare ac ſomno negligē
tie toꝛpentes ad virtutū vigilantiam ex-
citare dignata eſt. Vnū ⁊ pꝛeſens opuſ-
culum in viſione quadā ſub figura cuiuſ
dā hoꝛologij pulcherrimi roſis ſpecioſiſſi
mis decoꝛati ⁊ cymbaloꝝ bene ſonātiū
⁊ ſuauem ac celeſtem ſonum reddētiū
cunctoꝛūqꝫ coꝛda ſurſum mouentiū va-
rietate peroꝛnati: dignata eſt oſtendere
clementia ſaluatoꝛis. Obſecro autē de
uotos lectoꝛes vt ſermo imperitus ⁊ in
cultus: etiam ſi barbarum aliquid foꝛtaſ
ſis ſonare videatur non diſpliceat. Nō
enim multum curo vicia incurrere ar-
tium ſermocinalium. dūmodo vicia ani
moꝛū eo cōmodius poſſim feruida col-
locutione coꝛrigere ⁊ emendare. verita-
tes quidē patrum vel ea que comper-
ta ſunt certiſſima atteſtatione rerū ſm
ſacre ſcripture ſenſū pꝛout accepi a do-
mino ſimplici ſtillo poſui: extra eas nil ex
ꝓpoſito dicendo. Verūtamen quia ee-
dem materie dudum a multis ſubtiliter
⁊ luculēter declarate ſunt: ⁊ pene ex fre
quenti vſu iam pleriſqꝫ in faſtidiū ver-
tūtur. ideo nō fuit opus ad ſingula que-
qꝫ auctoꝛitates adducere. Nam ex hoc
cōſonantia motiua huius voluminis: vti
qꝫ intercepta fuiſſet. Notandū quoqꝫ
ꝙ locutio iſta q̄tū ad interrogationē di
ſcipuli ⁊ rñſionem ſapientie vel ecōuer-
ſo: ſolum poſita eſt ad ferventioꝛem mo
dum tradendi. Nec eſt taliter accipien-
dum quaſi diſcipulus fuerit ille talis de
quo ſapiētia in pſona ꝓpꝛia ſolū intēde-
rit: vel qui ſapiētiam ſolus pꝛeceteris tm̄
amauerit: vel cui ſapientia tot ⁊ tanta fe
cerit ſed reuera pꝛo quolibet in genere
habeat̄. Siqdē per modū doctoꝛis nūc
loquit̄ in pſona hoīs perfecti: nūc imp-
fecti: nūc in pſona alicuius q affectuoſe
xp̄m diligit: ⁊ pfecte in fide ac dilectiōe
eū ſibi deſponſat: deinde in pſona pctō
ris q deū pꝛo ſuis exceſſibus flebilr exo-
rat. Et ſic diuerſimode ſtillū vertit: ſm

ꝙ tūc materie ꝯgruit. Nūc etiā dei fi-
liuȝ vt deuote aīe spōsuȝ inducit: postea
eūdē tanq̄ȝ eternā sapiētiā viro iusto de
spōsatam ītroducit. Visiones quoqȝ ī se
quētibus ꝯtēte nō sunt oēs accipiēde ꝑȝ
lrām lȝ multe ad lrām cōtigerint: sȝ est
figurata locutio: sicut ⁊ in libro regū le-
gimus de nathan ꝓpħa: q missus a dn̄o
ad regē dauid parabolice sub figura di-
uitis ⁊ ꝑegrini iudiciū ab eo exegit ꝯ se-
ipsuȝ ꝓpter pctm̄ qd̄ in seruū suū cōmi-
serat. Et de muliere thecuita sapiente:
que ad regē intrans in ꝑsona aliena vȝ
duoꝝ filioꝝ suoꝝ animū regis ad clemē
tiā flectebat. Angelus quoqȝ ad thobiā
missus ⁊ ab eo reqsitus qs esset rn̄dit se
ananiam azarie magni filiū esse: q̄ oīa
nō qdem ad lrām sed ꝑm sua significa-
ta vera fuerūt. Sic ⁊ ꝑdicatoꝛ egregius
paulus discipuloꝝ suoꝝ ꝑsonā induerat
cū eos culpando dicebat. Ego quidem
sum pauli: ego aūt apollo. Nōne hoīes
estis? Et paulo post. Hoc inqt fratres
trāsfiguraui in me ⁊ apollo ꝑꝑ vos vt in
nobis discatis. Poꝛꝛo huius figurate lo
cutionis occulta mysteria diligēs lectoꝛ
faciliter poterit aduertere. si tm̄ solertem
curā studuerit adhibere. Oꝛo aūt ⁊ sup-
plico bonitatē ei⁹ imensaȝ q me hūc la-
boꝛē suo ex amoꝛe subire coegit de ipsi⁹
pietate ꝯfidens: vt qꝛ facultatē meā ne-
gctiū h̄ excedere cognoscit ipse defectū
meū in coꝛdib⁹ pioꝝ h̄ legere volentium
suppleat h̄ modo: vt oīs qui p̄ns opuscu-
lū cū sincera intētōe ꝑlegerit vel audie-
rit haustū alicui⁹ deuotōis vel aliquā no
uā diuinit⁹ collatā grām inde repoꝛtare
mereat̄. Sane impfectū meū tā scie q̄ȝ
vite recognoscēs vobis patri filioꝝ ama
bili Hugoni mgr̄o oꝛdinis ꝑdicatoꝝ ve
nerabili h̄ opus trāsmittere curaui: qui ⁊
auctoꝛitate ceteros pꝛecellitis ⁊ honoꝛe
magisterij theologice sciētie polletis: ⁊
ꝙ his maius est lumie quoqȝ eterne sa-
pientie ac donis spūalib⁹ pꝛedit⁹ estis vt
lr̄e vestre exoꝛtatoꝛie satis ꝺclarāt: i qb⁹
filios dilectos admonitōe p̄tna ad pacē
⁊ fraternā charitatē: ad rigoꝛē disciplie
⁊ feruoꝛē deuotōis ad ꝯfoꝛmitateȝ iesu
xp̄i ac oium virtutū ꝑfectōeȝ tanta soli-
citudine excitastis: nec his ꝯtentus sȝ de
multoꝝ quoqȝ salute solicitus miseros
quosqȝ hui⁹ mōdi sectatoꝛes vt hūc mō
dū fugitiuū ac fallacē deserāt ⁊ ad ve-
raȝ ⁊ eternā sapiētiā veniāt inuitari ver
bo ⁊ exēplo ꝑ eosdē ꝓcuratis. Vos ergo
pater reuerēdissime manū peritā appo-
nite: ⁊ gustu iterno ꝓut oȝ ī talib⁹ discer
nite si qd plus vel si qd minus: ⁊ ꝙ diui
na sapientia inspirauerit pꝛo glia sua ⁊
vtilitate ꝓximoꝝ faciatis. Mihi quoqȝ
oium filioꝝ vestroꝝ deū amantiū vilissi
mo veniā de defectib⁹ hic repꝛis ꝯceda
tis: nec ꝑsumptōi h̄ factū ascribite: sȝ dei
emulationi imo supne inspiratōi: que vt
testis est mihi deus me die noctuqȝ qe-
scere nō ꝑmisit donec ei⁹ coactioni aqe
ui. Sed vtrū bene vos ꝓbate: q vnctōeȝ
a sctō habetis. Sciēdū ꝙ colloquȝ istō
inter sapientiā ⁊ discipulū: hoc mō initi-
tū ⁊ occasionē habuit. Nā dū quadaȝ
vice post matuti. idē discipulus similitu-
dinē ꝓcessionis illius amarissime quam
xp̄s ꝯdēnatus fecit dū ad locū passionis
duceret̄ moꝛe solito expleuisset. ⁊ in am
bone ante crucifixū staret animoqȝ ꝯdo
lenti ꝯquereret̄ crucifixo ꝙ affectū tam
feruidū ad suā passionē ꝓut dignū esset
nō haberet sȝ nec hactenus habuisset:
statim quasi in extasi positus lumie quo
dā celesti illustratus ⁊ ei⁹ mētalibus oc-
culis centū meditatōes seu ꝯsideratōes
sue passionis on̄duntur: sibiqȝ dicitur ꝙ
omni die debeat has centū meditatōes
cum cētū venis deuota meditatōe trās-
currere ⁊ totidem petitiones adiungere
ac se xp̄o passo spūalr q̄ȝtū possibile est
in eisdem ꝯfoꝛmare quas tm̄ hic cā bꝛe-
uitatis explicite ponere: obmisi: sed de-
uotis ꝑsonis doctis ⁊ indoctis in nostro
vulgari vȝ theotonico fideliter cōmuni-
caui. Igit̄ discipul⁹ q an̄ fuerat affectu

compaſſionis durus cepit ꝑ ꝯtinuũ eiuſ-
dem meditationis vſum ad tante me-
moriam paſſionis molleſcere: ⁊ diuer-
ſas eo modo ꝓut in ſequẽtib⁹ apparebit
illuminatões habere. Dum autẽ predi-
cta ꝓut doctus fuerat ſcribere incohaſ-
ſet ⁊ examinatrix bonoꝝ aduerſitas cuꝫ
a ceptis retrahere temptaret: xp̃s ei in-
uiſione aſtitit in forma quaſi iam de co
lũna in qua flagellatus fuit deſcendens
⁊ ſua vulnera recentia ac cruentata eni
contrectari permittens aduerſitatis illi⁹
vulnera ſanauit: ⁊ ad perficiendũ inco-
hata animauit. Notãduꝫ quoqꝫ origi-
nale huius operis certis temporibus:
⁊ non niſi in preſentia magne gratie cõ-
ſcriptum fuit. Nõ enim p̄dictus diſcipu
lus noĩe ⁊ ꝑſona i h̾ ope ignot⁹ videbat̃
ibidẽ hr̃e modũ agẽtis: ſꝫ modũ q̃ndam
diuina patiẽtis. Nã cũ oĩo neſciret quid
ſcribẽ deberet: ꝑ reuelatões ſpũales ha-
buit ⁊ q̃n ſcribẽ debuit ⁊ pene ſingulas
materias quas ſcripſit. Porro extra h̾
tp̃s ſi qd quaſi ex ſe dictaſſet vl' aliunde
collegiſſet: aut ẽt ex ſe ſcripſiſſe voluiſſet
⁊ p̄dictis appoſuiſſet. tã inſipidũ redde-
bat̃ ⁊ ineptũ fiebat vt ſi qs ſapores aut
colores ꝯ̃rios i vnũ ꝯpingẽ niteret̃. Et
cũ ea q̃ data erãt ad tabulã ꝯcepiſſet. ad
ſe reuerſus ſtudioſe rimat⁹ eſt vt nihil in
his eẽt qđ a' dictis ſctõꝝ patrũ diſcrepa-
ret: ſꝫ h̾ q̄ diuina ſapiẽtia tradente ſibi
ꝑ ſpũalē illuſtratõem i fundebat̃ aucto
ritate ſacre ſcripture diuinit⁹ ſctis inſpi-
rate fulciret̃: cũ idẽ i ſenſu aut ẽt in ver-
bis vl' certe ſil'e reperiret̃ eẽ. Poſt ꝯple-
tũ vero hui⁹ opis laborẽ dũ timore quo-
dã hũano teneret̃ ne ab emulis qui nũc
queqꝫ ſicut olim inuidia ſtimulãte facta
quoqꝫ lꝫ bona deprauare aut penitus
anullare nõ deſiſtũt: diuina chariſmata
appellãtes ſupſtitioſa figmẽta: ⁊ ſctãs re
uelatões fantaſticas deceptões: ſcõꝝ ꝗꝫ
geſta patrũ dicunt narratoriuꝫ fabulo-
ſum. tanq̄ hoĩes q nõ guſtauerunt ea q̃
ſũt ſpũs ſcti. ipſi vero ſolũmodo ſuas ad
inuẽtiones topicas vel ꝓpões dubias ſe-
quũtur tãq̄ demõſtratões certas: ⁊ lꝫ in
p̄dictis diligẽs cautela ſit adhibẽda non
tñ ſpernẽda ſunt vſqꝫ quaqꝫ: timẽs ꝗ ne
iſtud quoqꝫ opus piũ eoꝝ dẽtib⁹ lacera-
ret̃. cogitauit ip̄m occultare ac ẽt peni-
tus ſupprimere: qđ ne feret diuina ſapiẽ
tia ꝑ aptiſſima ſigna ⁊ pulchras reuela-
tiones oĩo ꝓhibuit. Sed ⁊ btã virgo cũ
filio ſuo cuidam ꝑſone apparẽs: h̾ eadeꝫ
omnib⁹ deũ diligẽtibus cõicari precepit.

Incipiunt capitula primi libri horolo-
gij ſapientie.

Materia p̄mi huius libri eſt xp̄i
paſſio ꝓtioſiſſima que de ſe ad
amorẽ feruidũ multa eſt moti
ua. ⁊ qualr̃ verus ſapiẽtie di-
ſcipul⁹ in ſuis actib⁹ ſe eidẽ debeat ꝯfor-
mare. his interſerunt̃ q̃dã materie cões
⁊ motiue ad ꝓpoſitũ pertinẽtes.

Qualiter quidã electi ⁊ diuina gr̃a p̄uẽ-
ti ad deũ mirabiliter trahũtur: ⁊ ſpũali-
ter qũo quidã iuuenis fuerit tract⁹. c. 1.
Qũo xp̄i paſſio ſit preambula ad cogni-
tionem diuinitatis: ⁊ qualem formã xp̄s
ꝯtraxerit ex acerbitate ſue paſſiõis. c. 2.
De quibuſdam xp̄i paſſionib⁹ ⁊ qualr̃
verus amator debet ſe eiſdem cõforma-
re: ⁊ qualiter deus per talem mortẽ vo-
luit genus humanum redimere .c. 3.
Qualiter anima que ſponſuꝫ ꝓpter pec
catum perdiderat ipſum ſub cruce ꝑ fer
uidam penitentiam inuenit xp̄i paſſio-
ne adiuncta. .c. 4.
Planctus ſuper extincto feruore deuo-
tionis in diuerſis perſonis in vtriuſqꝫ ſe-
xus modernis temporibus. quos xp̄s ꝑ
ſuã paſſionẽ reuocat ad veꝝ amorẽ. c. 5.
Qualiter ſit diuina ſponſa eterna ſapiẽ-
tia ⁊ de qualitate amoris ipſius .c. 6.
Quod diuina ſapiẽtia amabilis ſit pari-
ter ⁊ terribilis .c. 7.
De viciſſitudine diuine viſitatiõis ⁊ qua
liter anima debet ſe tũc tenere .c. 8.
Quare diuina ſapientia ſuos caros in h̾
mũdo ꝑmittit tã multipliciter tribulari. c. 9.

De cruciatibus infernalibus .c.10.
De gaudijs ſupercceleſtibus .c.11.
Determinatio quarũdam obiectionum que in pꝛecedẽtibus ſũt omiſſe .c.12.
Quaꝫ vtile ſit ſeruo dei in ħ mũdo multas ſuſtinere tribulationes .c.13.
Quam vtile ſit paſſioneꝫ xp̃i iugiter habere in memoꝛia .c.14.
Quomodo verus diſcipulus xp̃i ſe d̃bet ꝯſignare paſſionibus ipſius .c.15.
Cõmẽdatio ſingularis btẽ virginis ⁊ de doloꝛe eius inertimabili queꝫ habuit in paſſione filij .c.16.

Incipit pꝛimus liber hoꝛologij ſapientie. Qualiter quidaꝫ electi ⁊ diuina gratia p̃uẽti ad deũ mirablr̃ trahũt: ⁊ ſpecialiter quodammodo qdã iuuenis fuit tractus. .c.1.

b Anc amaui ⁊ exq̄ſiui a iuuẽtute
mea. ⁊ q̄ſiui mihi ſpõſaꝫ aſſu-
mere. Erat qdã iuuẽis deo de
uot⁹ q dũ in p̃meue iuuẽtutis floꝛe ſclĩ
vanitatib⁹ implicari cepiſſet ⁊ p labẽtia
mũdi oblectamẽta defluẽt atqꝫ i regio
nẽ diſſimilitudinis a ſtatu ꝓpꝛie ſalutis
oberrare vellet diuia miſerãte clemẽtia
modo quodã ineffabili illuſtratio. ⁊ per
blãda piter ⁊ aſpa tract⁹ tandẽ ad ſemi-
tas veritatis p amoꝛeꝫ ſapiẽtie mirablr̃
reducit̃. Cũ. n. iuuenis p̃fat⁹ adhuc pue-
rul⁹ ⁊ nouiti⁹ necdũ amoꝛi apt⁹ quadaꝫ
vice ad legẽdũ i biblia ſe ꝯtuliſſet: occur
rerũt iter alia q̄dã verba ad amoꝛẽ ſapiẽ
tie inuitãtia. qb⁹ valde delectat⁹ ceteris
oibus p̃termiſſis ad cedulã quãdã put
potuit puer igenioſi⁹ pꝛedcã verba tran
ſcripſit. Poſt ħ dũ frequẽter lectõi mẽ
ſe itereſſet. audiuit ibidẽ qualr̃ diuia ſa
piẽtia veluti delicata ſponſa ⁊ dilecta
amica. ſe oibus exhibet ad amãdũ. Cun
qꝫ ꝓceſſu tpis aliqualr̃ creuiſſet. cepit
hr̃e coꝛ valde amoꝛoſum: ſꝫ quo vel ad
quẽ finẽ hũc amoꝛẽ flectẽt qdue amoꝛ
eẽt nõduꝫ ſciebat. Igit̃ dũ crebꝛi⁹ pꝛeco
niũ tãte ſpõſe diuine ſapiẽtie audiret le-
gẽ dicẽtis. Melioꝛ ẽ ſapiẽtia cũctis opi-
bus p̃tioſiſſimis: ⁊ omne d̃ſiderablẽ nõ
põt ei ꝯpari: longitudo dieꝝ in dextera
ei⁹: ⁊ in ſiniſtra ei⁹ diuitie ⁊ glĩa lignum
vite ẽ his q appꝛehẽderũt eã. ⁊ q tenue
rit eã beatus. Ne dimittas eã ⁊ cuſto-
diet te. dilige eã ⁊ ſeruabit te. Arripe il-
lã ⁊ exaltabit te gloꝛificaberis ab ea dũ
eã fueris amplexat⁹. Dic ſapientie ſoꝛoꝛ
mea es: ⁊ pꝛudentiã voca amicã tuã. Ex
his anim⁹ puerilis mot⁹ cepit gratiã ꝯci-
pere ad hãc diuinã ſpõſaꝫ. ⁊ eã diligere
vehemẽter. Ei⁹ aũt dilectio adhuc pue-
rilis erat. q: pꝛedicta ſpũalr̃ put opoꝛtu-
it itelligẽ neqbat. Nec tñ i ħ amoꝛe qc-
q̄ꝫ materiale aut ipurũ itendebat. ſꝫ in
quẽdam modum abſtractiuuꝫ dulciter
amoꝛoſuꝫ: nõ pure diuinũ nec plene hu
manũ hec oia trahebat. ⁊ hac dilectõe
miro ⁊ ineffabili modo diuinit⁹ pfunde
bat̃. ⁊ trahebat̃ quodã dulciſſimo ſapo
re ⁊ guſtu iterno. Cepit aũt cogitare hic
iuuenis apud ſe dicẽs. O q̄ꝫ multa bona
audio de hac p̃clariſſima ſponſa. Igitur
quare diſſimulas? Quãobꝛem nõ ꝓbas:
vtꝝ eã tibi amicã hr̃e valeas? O q̄ꝫ btũs
eſſes. ſi hãc in ſpõſaꝫ hr̃e poſſes. Iuuẽis
qppe es ⁊ amoꝛi apt⁹: ⁊ nequaq̄ꝫ coꝛ tã
viuidũ poterit eſſe ſolitariũ ⁊ amoꝛe ꝑua
tũ. Altera quoqꝫ die cũ lectoꝛ menſe li-
bꝛos ſapiẽtiales legeret: audiuit cõmen-
dari ſapiẽtiaꝫ i hũc modũ. Sapiẽtia eſt
ſpõſioꝛ ſole ⁊ ſup oẽm diſpoſitionẽ ſtel-
laꝝ luci ꝯparata iuenit̃ pꝛioꝛ. Hãc ama
ui ⁊ exq̄ſiui a iuuentute mea. ⁊ q̄ſiui mi-
hi ſpõſam aſſumere: ⁊ amatoꝛ fact⁹ ſum
foꝛme illius. habebo pp hãc claritatem
ad turbas. ⁊ honoꝛeꝫ apud ſenioꝛes. ha
bebo pp hãc imoꝛtalitatẽ. ⁊ memoꝛiam
eternã his q futuri ſunt poſt me relinq̄ꝫ
Intrãs in domũ meã cõquieſcã cũ illa.
Nõ enim habet amaritudinẽ ꝯuerſatio
illi⁹ nec tediũ ꝯuict⁹ illius. ſed leticiam ⁊
gaudiũ. In amicitia illi⁹ delectatio bõa.
Si doꝛmieris nõ timebis qeſces ⁊ ſua-
uis erit ſomnus tuus. Dñs enim erit i la
tere tuo: ⁊ cuſtodiet te. His itaqꝫ audi-

tis iuuenis cepit extuare ei⁹ in amore: di
cebatq; itra ſe. Certe ſi oēs terras lu-
ſtraueris. huic ſimilē in gratijs inuenire
nō poteris. Factū ē aūt ut incētor maloꝝ
hūani generis inimicus ꝓfectui ei⁹ inui-
dēs: cogitatōes his ꝯtrarias imittēt. d.
O ſtulte vis amari incognitū: vis deſpō
ſare iuiſu? Melior ē pugill⁹ i poſſeſſiōe
vtraq; man⁹ plena in expectatōe. Et eni
qui in excelſis rupib⁹ domicilīū ſibi collo
cant ⁊ in amicitia ſua alte nidificant ni-
mis ſepi⁹ ſpe q̄ꝫ re exultāt. q: ventū i hor
reū ſuū pro paſtu ꝯgregāt. Nōne meli⁹
eſſet de lignea teſta bibire ad ſufficiētiā:
q̄ꝫ de cypho aureo ſuſtinē potus iopiā?
Si quidez h̄ ſpōſa p omnia amabilis eſ-
ſet: ſi delitias corꝑales nō ꝓhibēt. ſi ad
libitum cōuiuari ⁊ epulari permitteret
Nūc aūt ita eſt: vt oīa q̄ ſunt corꝑi dele
ctabilia ei⁹ doctrine videant̄ eſſe ꝯtra-
ria. Ipſa nanq; dicit. Qui amat vinuz ⁊
pinguia. nō erit ſapiens. Itez q: paulu-
luz dormies ⁊ paululū dormitabis ⁊ pau
lulū ꝯſeres manus. Animaduerte nūc ſi
eſt ſup terrā ſponſa tā crudelis q̄ hoc fa
ciat: vt tot duriſſimas leges ſuis amato-
rib⁹ imponat. Ad h̄ ⁊ ſimilia cogitatōum
temptamēta qdaz ſapiētie guſtus ei itri
ſecus ſic rn̄debat. O amande adole-
ſcens reſpice amoroſos corde: qō omniū
amantiū ꝓpriuz eſt ob amoris grām ad-
uerſa ſuſtinē: q: quot i littore conche tot
ſunt in amore dolores. Si ergo ita eſt:
nōne iuſtiſſimuz eſt vt ⁊ iſte amator qui
tā ſublimē tamq; decorā ac oībus gra-
tijs incōparabilr̄ decoratā ⁊ ꝑornataz ſi
bi priuilegio ſpāli vendicat ſpōſaz aduer
ſa patiat̄? imo certe incōparabilr̄ eo plu
ra exanimo ſuſtinē dz q̄ꝫto ob͞m magis
delicatū laboris ſui p̄miū hꝫ. Reuolue
inumera ⁊ ſtupenda q̄ legiſti ⁊ audiuiſti
q̄ ꝓh pudor hui⁹ mūdi amatores ex amo
re vaniſſimo ſuſtinuerūt. Nōne igemi-
ſcebas cū ad noticiā tuā ꝑuenit iuuenez
q̄ndaz tibi notū intantū fuiſſe faſcinatū:
vt ob amorez vnius puelle ferrū quod-
dā carni ſue inſixū portaret? O ſtupenda
virtus amoris. O quot ſunt ⁊ fuerunt
qui ⁊ res ⁊ corpus ⁊ honorem ac aīam
imortalez diſcrimini dederūt ⁊ ꝑiclis i-
numeris ſe expoſuerūt amore ligati vel
poti⁹ excecati. ⁊ illi qdez ut corruptibilez
coronā ⁊ terrenā mercedez reciperēt: tu
aūt incorruptā. Audi fili mi ⁊ accipe ꝯſi-
liū ⁊ intellectū: ⁊ ne abijcias ꝯſiliū meū.
Iūge pedez tuū in ꝯpedes illi⁹: ⁊ in tor-
quem illi⁹ collū tuū. Subijce humerum
tuū ⁊ porta illā. ⁊ ne accidieris in vicul̄
eius. In nouiſſimis. n. inuenies requiem i
ea ⁊ ꝯuertet̄ tibi in oblectatōem: ⁊ erūt
tibi ꝯpedes illi⁹ in ꝓtectōem fortitudinis
⁊ baſes virtutis ⁊ torques illius in ſtollā
glīe. Decor. n. vite eſt in illa. ⁊ vincl̄a il-
lius alligatura ſalutaris. Stollaz glorie
iduces eā. ⁊ coronā gratulatōis ſuppōes
tibi. Modicuz laborabis ⁊ inuenies tibi
multā requiez. Vinū ⁊ muſica letificant
cor. ⁊ ſup vtrūq; dilectio ſapientie. Illi-
us ḡ ꝑſuaſione non deſiſte. ſꝫ ꝓcede ⁊
te i amicitiā illi⁹ ex corde ꝯiūge. Tali
bus igit̄ ⁊ ſilib⁹ recreatus ꝯſolationib⁹ i
ſctō ꝓpoſito ꝯfirmabat̄. Quadā vice cū
ſubtiliſſimis argumētatōib⁹ ad amorem
mūdi ⁊ dei deſtōez vrgeret̄ cor ei⁹. amo
ris ipatiens ſemetipꝫ corā deo fundebat
⁊ talia q̄rula voce preſtabat. Diſcipulus.
O felix amator q de ꝓpe inuenit vbi ſu-
us amor ꝯquieſcat. Nam ſi quis amat
qō amare iuuat feliciter ardet. Sed ꝓh
dolor me infelicez qui fructu amoris ac
mercede ꝺſiderata careo: dū p ꝯcta mū-
di climata tāto cordis amore corrn̄den-
tez nō iuenio. Dedi ꝯſiliū aīo ingeto vt
ab amore ꝺſiſtēt ⁊ ſe ad ſectā epycureo-
rū trāſferret. qetez carnis amaret. Ecce
inqt q̄ꝫ feliciter nūc tpis arietes pingues
⁊ oues paſcuales in pratis virentib⁹ ⁊ pa
ſcuis vberrimis paſcunt̄ dicentes non q
dez verbo ſꝫ fcō demōſtrātes ꝙ gaudia
ſint ſtomaci ſup omnia gaudia mundi.
Tu autem cum amore tuo macie atte-
nuaris per ſingulos dies: dum quod q̄
ris non inuenis. nec de inuentis ꝯtenta-
ris. Audi igitur conſilium ſapientie.

Sufficit ingri tibi lac capꝛaꝝ in vſum an
cillarũ tuarum. Et iterum. Melius eſt vi-
dere qd cupias q̃ deſiderare qd neſciaſ.
Uel ſi tibi magna placet amare ⁊ amo-
re tuo ſydereas affectas tangere ſedes:
ſaltem h̃ facias vt tibi nihilominus hincin
de puideas qbus p amoꝛem te iungas
q̃ tediũ pellãt ⁊ coꝛdi gaudia conferant.
Ecce quot amatoꝛes h̃ tpe repiunt̃ q ⁊
diuina petũt ⁊ trãſitoꝛia per amoꝛez nõ
deſerunt: volentes a te diligas ⁊ tñ no-
lentes ab amoꝛe carnali ſeparari. Uade
ergo ⁊ tu fac ſimiliter. Hec inq̃ diſcipu-
lus intra ſe latenter ⁊ quaſi furtiue per-
tractãs tale a ſũma ſapiẽtia intellexit re-
ſpõſuz: Sapiẽtia. Errant valde qui ce
lebꝛes epulatoꝛes ⁊ antiqz ſecte dudum
repꝛobate nouos ſectatoꝛes qui curam
carnis in deſiderio pagunt dum quotti
die ſplendide viuunt arbitrantur felicita
te gaudere: niſi foꝛte peccoꝛum felicitate
gloꝛientur qui peccoꝛibus diſſimiles nõ
ſint. At vero hoĩs rationalis mẽs gene-
roſa cognitione ⁊ amoꝛe ſurſum elleua-
ta illic lõge altius pfectiuſqz felicitatis vbi
ſuo amato ɔtẽplatione ⁊ amoꝛe pfectõe
ɔiungit̃. Nec obſtat ſi h̃ qd deſiderat̃ i
terdũ partius cõcedit̃: qꝛ modicũ de balſa
mo ptioſius eſt q̃ multũ de aceto. Me
lioꝛ eſt.n.racemus effraim videmijs ab-
iecer. Poꝛro nimiũ delirat q amoꝛi di-
uino ſotium ſotiare deſiderat. En duo
amoꝛes trahere ſe in vnũ nõ cõpatiunt̃.
Quõ ergo celeſtis amatoꝛ cũ terreno ſo
tiabit̃? Pꝛoꝛſus ĩpoſſibilia attẽptat. qui
tantã maieſtatẽ cũ vilitate tãta copular̃
ſe putat. Taliũ igit̃ cogitationũ diuerſa
certamia animus pꝛedicti iuuenis lõgo tẽ
poꝛe ſuſtinuit. ⁊ nũc huc nũc illuc flexibi
lis mouebat̃. Dũ h̃ agerentur accidit vt
hec vl' ſilia iteꝝ legerent̃. Inueni ama-
rioꝛẽ moꝛte mulierẽ: q̃ laqueus venatoꝝ ẽ:
⁊ ſagena coꝛ eius vincla manus illius. Qui
placet deo effugiet eam. qui auẽ pecca-
toꝛ eſt capiet̃ ab illa. Econtrario aũt de
ſponſa diuina. Ego inqt quaſi terebitus
extendi ramos meos. ⁊ rami mei hono-
ris ⁊ gratie. Quaſi libanus nõ inciſus va
poꝛaui habitationẽ meã: ⁊ quaſi balſa-
muz nõ mixtum odoꝛ meus. Qui me in
uenerit inueniet pacẽ. ⁊ hauriet ſalutem
a dño. His auditis iuuenis quodaz' iter
no clamoꝛe quaſi pn imio affcũ rugiebat
Uerum eſt verum eſt. nec eſt aliud qd
verius dici poſſit. ex nunc fixum ⁊ deli-
beratum apud me eſt. ego certe me ip-
ſum moꝛti exponaz. vt hanc mihi in ami
cam ⁊ ſponſam acquiram. Ipſa ſponſa
⁊ ego eius ſeruulus: ipſa magiſtra ⁊ ego
eius diſcipulus. O ſi hanc pꝛe dilectam
ſponſam alloqui mihi liceret Utinaz ſo
la vice daretur ipſam videre. A deus eter
ne que vel qualis eſt iſta de qua audio
talia? Cumqz vehementer hic ſcire cupe-
ret ⁊ pꝛe deſiderio extuaret: ecce agnitio
quedam ineffabilis affuit in qua ſibi hic
ſponſa taliter manifeſtata fuit. Eximij
nanqz atqz miri decoꝛis thꝛonus ebur-
neus in colũna nubis apparuit. in qua
pꝛedicta ſponſa nimium foꝛmoſa reful-
ſit inueſtitu deaurato circũamicta varie
tate. Eius coꝛona fuit eternitas: amictus
iocunda felicitas: verba eius dulcis ſua-
uitas: amplexus omnis boni perfecta ſa
cietas. Cumqz diſcipulus iam familiari-
ter alloqui vellet: ſatis pꝛope eſſe videba
tur: paulo poſt remotiſſime diſtare cer-
nebatur. Iam ſupꝛa cõcerum celli ſup-
pꝛemi ſtatura ſua pertingebat: nunc mi-
nima quantitate apparebat. ⁊ in ſe ĩmo
bilis exiſtẽs omnibus mobilibus mobi
lioꝛ videbatur. Pꝛeſens erat nec tamen
cernebatur: appꝛehẽdi ſe pmittebat nec
tamẽ cõpꝛehendebat̃. Ipſa attingebat
a fine vſqz ad finem foꝛtiter. ⁊ diſpone-
bat oĩa ſuauiter. Cum iam putabat̃ ha-
beri velut delicata iuuẽcula. ſubito vt iu
uenis pulcherrimis inueniebatur. Inter
dum quoqz vultũ reuerendiſſimũ quaſi
omniũ artiũ magiſtra eſſet induebat. ⁊
vultu roſeo apparebat. Inter hec dũ di
ſcipulus obnixe aſpiceret cupiduſqz amo

ris in ſuſpenſo haberet: ipſa amicabili-
ter quaſi inclinãdo ſe ad eũ conuertit ⁊
gratioſo vultu blãdiſqꝫ ac ridẽtibus ocu
lis diuiniſſima tñ admodũ cũctis menti-
bus ſtupenda luce ex vultu eius reuerẽ-
diſſimo ꝓcedẽte eũ ſalutauit dicẽs. Pꝛe
be fili coꝛ tuuꝫ mihi. Quo audito pꝛeni-
mia amoꝛis dulcedine liqueſcẽs ⁊ quaſi
in extaſi poſitus ad pedes eius pꝛocidit
gratias agens eiꝰ pꝛeſentia magnifice de
lectatus. Pꝛocedente tempoꝛe cum hec
a memoꝛia excidiſſent ⁊ rurſum cogita-
tiones inique ſuccreſcentes eum de be-
nefactis moleſtarent ita vt iam pellagi
fluctibus pene mergeret maxime ꝓpter
hoc ꝙ ex omnibus iſtis deſcriptionibus
ipſum quem diligebat cõpꝛehendere ne
quibat: cõtigit vt legeret apoſtolus pau
lus qui ꝑdicta euidenter determinabat.
Aiebat nãqꝫ xp̃m dei virtutem ⁊ dei ſa-
pientiã eſſe. ⁊ in ipſo eſſe abſcõditos oẽs
theſauros ſapientie ⁊ ſcientie dei. Que
verba tenero ⁊ palato nõdum ſano non
bene ſapiebãt. qꝛ xp̃m ſapiẽter diligere
ideſt ſm diuinitatẽ adhuc neſciebat: ma
giſqꝫ pꝛeſentia q̃ꝫ futuri in ſuo amoꝛe q̃-
rebat. Tandẽ puerilibus annis excurſis
cũ ad etatẽ maturaꝫ veniſſet. quadã vi-
ce mẽs eius ineffabiliter illuſtrat ita vt
totꝰ quodãmodo abſoꝛtus in ſpiritu de-
lectatõe nimia repleret. Et tunc de pꝛe
dictis pleniſſime infoꝛmatus fuit. ita vt
facies eius ⁊ coꝛdis amoꝛ amplius in di-
uerſa nõ mutaret. In hac viſione non
apparuit coꝛpus nec q̃cq̃ꝫ coꝛpoꝛeũ: ⁊ tñ
omnẽ delectationẽ poſſibilem in quod
videbatur incoꝛpoꝛaliter ⁊ ſuꝑ eſſentia-
liter in ſe ꝯtinebat. In hec fontali pꝛinci
pio nec foꝛma erat nec materia aut ima
go depicta ſed pura ⁊ ſimpliciſſima eẽn
tia cum ꝑſonarum diſtinctione ꝑfecta.
Sane ipm ꝑ eſſentiã ꝓut in ſe eſt ꝑdcã
abſtractõe nõ vidit. ſed ſolũ quãdaꝫ ſuꝑ
lucentiũ radioꝝ emanationẽ ſuꝑnatura
lem. quam verbis expꝛimere nõ valebat
in ſe percepit. Poꝛro ꝙ ẜm illud melli-
fluũ omnis boni ꝯtentiuũ ſibi hac vice
monſtratũ nõ fuit: nec ꝑſona patris tm̃
vel ſolũ ꝑſona filij aut ſp̃us ſancti: nec fu
it ipſa diuitas in ſua abſtractiſſima ſim-
plicitate accepta. ſed fuit ipſa eſſentia di
uina ſm noſtrũ moduꝫ intelligẽdi acce-
pta: ꝓut eſt ſũmuꝫ ⁊ ineffabile bonum
ſũme pulchꝝ ac delitioſum ac oĩuꝫ bo-
noꝝ in creaturis reparatoꝝ oꝛiginale ꝑn
cipiuꝫ ſuꝑ optimũ: ⁊ h̃ intellexit eſſe ꝑdi
ctaꝫ ſponſam eternã ſapientiã. Verũ lꝫ
q̃libet ꝑſona ꝑ ſe accepta ſit ſapientia ⁊
oẽs perſone ſimul vna eterna ſapientia
tñ quia ſapiẽtia attribuit filio ⁊ qꝛ ratio-
ne ſue generationis ſibi ꝯuenit: ideo di-
lectum patris filiũ ſub eodeꝫ ſignificato
ꝯſuetudinaliter accepit: nũc quidẽ vt de-
um deinde vt hoiem vt in vtroqꝫ pari-
ter deuotionis exercitia ⁊ amoꝛis ſolatia
inueniret. Poſtmodũ igitur huius di-
ſcipuli vita ⁊ exercitia ſp̃ualia cum deuo
ta occupatione huius diuiniſſime ſpon-
ſe decurrebant. Quicquid enim amabi
li ſiue pulchꝛũ vel delectabile ac iocun-
dum occurriſſet: totũ in illud reducebat
a quo bona cũcta ꝓcedunt. Cum inter-
duꝫ quelibet ſpẽs amabilis ⁊ bñ cuncta
occurriſſet ſiliqꝫ cogitatio adeſſet ꝙ ſaltẽ
hec pulchꝛitudo in ſua amabili ſapientia
nõ haberet locũ. rñdebat. Eſto: ſed nec
luminoſus ſolaris ⁊ ad ius eſt lumẽ tale
ꝙ ſit ex materia cere vel quouis alio li-
quoꝛe ꝯfectũ eſt tñ lux purioꝛ ⁊ excellen-
tioꝛ omni lumine ex quacũqꝫ materia fa
cto. Sic eſt in ꝓpoſito. Nã hec pulchꝛi-
tudo nihil eſt ad h̃ qḋ eſt in ſuo exẽplari
ꝑncipio nõ materiali ſꝫ diuino. Abſtra-
cto nãqꝫ ab h̃ amabili q̃cq̃d eſt imꝑfe-
ctionis mãlitatis ⁊ fetulentie coꝛꝑalis ⁊
ſaluo qḋ eſt ꝑfectionis ⁊ bonitatis: h̃ to-
tũ nobilioꝛi ⁊ eminẽtioꝛi modo eſt i eter
na ſapiẽtia q̃ꝫ ſit i hac vl'i aliqua creatu
ra. Ex his ⁊ ſilibꝰ adoleſcẽs ꝑdictꝰ ad h̃
tandẽ ꝑuenit vt q̃ñcũqꝫ audiuit cantile-
nas amoꝛoſas vl' his ſilia. ꝙ hec oia ad
ſuã quã diligebat ſapiẽtiã puriſſimo coꝛ-

dis affectu tanq̄ amoris ipſiꝰ incitamēta
retorquebat. O quotiēs hāc ꝑdulciſſi-
mā cordis ſui ſingularē amicam affectu
feruidiſſimo ocl'is dulci amoris fletu ſtil
lātibus brachijſq; amoris pre auiditate
extēſis itra cordis viſcera āplexibꝰ i enar
rabilibꝰ conſtrinxit. Quis dicere valeat
amoroſos obtutus quibꝰ ſepius ab ea pa
ſcebať. ⁊ ſecreta ſilentia quoꝝ dulciſſi-
mo guſtu eius fruebať preſentia? Inter-
dum quoq; cū aliq de fratribꝰ dicta no
na licentiā peterēt vt ciuitatē gratia viſi
tandi amicos intrare poſſent. prefatꝰ iu-
uenis ſecretū locū petijt ⁊ amicā ſuam
alloqui cepit dicēſ. Eia amoris magiſtra
pre cūctis viſceroſe cordi meo impreſſa:
animaduerte ꝙ amor virtꝰ eſt vitiua co
pulans vel potiuſ transformās amantez
in amatuz. Eia q̄ſo veni tu amica mea
veni intra cordis mei reclusoriuz, tibi ſoli
reſeruatū amore tuo velut decore roſeo
adornatū. Ueni inq̄ ⁊ ibi inebriemur cō
ſolationis tue vberibꝰ: ⁊ fruamur cupi-
tis amplexibꝰ. Igiť ex his ⁊ ſilibus fre-
quēter accidit vt cor ſuū pre amoris ve-
hemētia ſenſibiliter quodāmodo feruē
inciperet: ⁊ motu ac pulſu vehemētiſſimo
vim amoris ꝓderet ⁊ ꝑ alta ſuſpiria ar-
dorem ignite charitatis ꝓdiret. Et quē
admodū infantulus nōdum loquele ap-
tus in gremiū matris poſitꝰ matri letabū
de arridere cupit ⁊ motu capitis ac ge-
ſtu totius corpis applaudere nitiť: ſic ⁊
cor iſtius in medio vētris eiꝰ ad pn̄tiam
tante maieſtatis quodāmodo geſtiēdo
exultabat. ⁊ deſiderio ſuo ignito vehe-
mēter ꝓut poterat dilecti ſui preſentiam
demōſtrabat. dicebatq; verbis mētali-
bus ad ſpōſam ſuā diuinā ſapientiā vo-
ce gratulabūda. Tu cordis mei nobiliſſi
ma'in patrix regina ſpecioſiſſima ⁊ oīuz
gratiaꝝ largitrix. In te habeo diuitias ⁊
gl'iam ⁊ delitias ⁊ oīuz bonoꝝ copiaz. ⁊
q̄cq̄d optabile eſt ꝑ te mihi eſt. Et h̄ ſua
inter rumināſ ſtatim cepit vultus eiꝰ hi
lareſcere: cor iubilare: animꝰ exultare ⁊

pre exultatione ꝓrūpere in hāc vocem̄
Sup ſalutē ⁊ oēm pulchritudinē dilexi
ſapientiā. ⁊ ꝓpoſui pro luce hr̄e illā. Ue
nerūt mihi omnia bona pͥter cum illa.
Quō xp̄i paſſio ſit preambula ad cogni-
tionem diuinitatis: ⁊ qualez formaz xp̄s
contraxerit ex acerbitate ſue paſſionis.

i Nterea dū h̄ agerenť diſcipulꝰ
aſſūpta ad deū fiducia ſuā quaz
dēſpōſauerat amicā taliter alloq-
tur. D. O amātiſſima ſapiētia q̄ ſola ꝑfe
cte noſti cordis naturā amoroſi. tu ma-
nifeſte ſcis ꝙ nemo poſſit amare icogni
tum. Igiť ex quo regris vt te ſoluz dili-
gam ⁊ dilectū cūctis amabilē reddā. da
ergo te mihi amplius cognoſcere vt q̄
iubes ⁊ doces meliꝰ valeam adimplere.
Sapientia. Proceſſus emanationis
creaturaꝝ a ſūmo reꝝ cardine deo ſm̄
ordinē nature fit ꝑ deſcēſuz ex ꝑfectiori
bus ad imꝑfectiora. q2 omnes reꝝ ꝑfe-
ctiones quodā ordine a ſūmo reꝝ cardi
ne deo deſcendūt. Ipſe aūt hō nāliter
ab inferioribꝰ incipiens ⁊ gradatim aſcē
dens in diuinaꝝ ꝑficit cognitionē reruz
Unde ſi ad diuinitatis cognitionē ꝑue-
nire deſideras: reſtat vt ꝑ aſſumptā hu-
manitatē ⁊ humanitatis paſſionē tanq̄
ꝑ viam regiā gradatim aſcēdere ad al-
tiora diſcas. Diſcipulus: O eterna ſa-
pientia q̄ de excelſo throno a regalibus
ſedibus de corde eterni patris in hanc
vallē miſerie te inclinaſti ⁊ triginta ⁊ tri-
buſ ānis exiliū huiꝰ mundi ꝑtuliſti quiq;
nimiā charitatē tuā qua genus hūanuz
dilexiſti ꝑ amariſſime paſſionis ⁊ mor-
tis tue myſteriū oſt̄dere voluiſti. ꝑ hanc
mortis tue ineffabilē charitatē te obſe-
cro ex intimis viſceribꝰ: quatenuſ te mi
hi oſtēdere digneris in forma ⁊ diſpoſi
tione amātiſſima quam ex amariſſime
paſſionis tue dolore ꝯtraxiſti. Sapiētia.
Quāto ex magnitudine amoris ⁊ do
loris in morte palens ofuſcatōe quadaz
mortifera appareo deformior: tanto cor
di amoroſo ⁊ menti bene diſpoſite ero

amabilioꝛ. Nā ſicut amās nāliter rea⸗
mari appetit:ſic ⁊ ab amato.amoꝛis ſui
manifeſtationē reqrit:qꝛ amoꝛ incluſus
nulli niſi amāti eſt cognitus.Uñ aman
tes ꝯſueuerūt conatibꝰ qbꝰ poſſūt ſigna
⁊ indicia dilectōis ab amatis expetere.
⁊ plerūqꝫ ꝯtingit ꝙ tacente lingua vim
amoꝛis incluſi diſpoſitio ꝓdit ſupinduta
⁊ qd in coꝛde lateat ſigna ꝓnūciant exte
rioꝛa. Nōnunꝙ̄ ēt ꝯtingit ꝙ illud qđ ĩ
amato indecoꝝ iudicat̄.id amātes tāꝙ̄
ſingulariter decoꝝ extollāt.Diſcipulus.

In amoꝛe quidē huiuſmodi vt aſſeris
ita eſſe veraciter cognoſco:ſꝫ quō ĩ hoīe
crucifixo h̄ eſſe poſſit nōdū clare video:
qꝛ lꝫ in amato huiuſmodi nōnunꝙ̄ iue⸗
niat̄ ꝙ etiā amāti diſpliceat. ſūt tamē
alia plā amoꝛi cōgrua ꝗ̄ videntē dele⸗
ctāt.Hic aūt dilectus doloꝛe moꝛtis de
foꝛmatus quō amabilis videri poſſit nō
ĩtelligo cuius nimiꝝ amoꝛi ꝯtraria ma⸗
gis videat̄ diſpoſitio· cū totꝰ ex liuoꝛe
foꝛdeat interiꝰ exteriuſqꝫ marceſcat ex
doloꝛe neqꝫ ſpēm neqꝫ decoꝛ vllū ocu
lis amantiū exhibeat:ſꝫ plenus doloꝛe
⁊ miſerijs exiſtat.Quō ḡ tu dicis ama⸗
bilē quē euidētia facti oñdit miſerabilē?
Sapientia. Ueri amatoꝛes nō multū
de ſpina ꝗ roſam gignit curāt dūmodo
roſam habeāt quā hr̄e deſiderāt. Nec
veri ſapiētes ſcrinia pulchꝛa ⁊ deaurata
ꝗ̄ tñ in ſe vilia ꝯtinēt capſis viliſſimiſ ꝑ⸗
ferūt que ꝑcioſiſſima oꝛnamēta incluſa
abſcondūt.Sic ſpōſe huiꝰ mundi ſpēte⸗
nus quidē dulcia ac ſuauia offerūt: po⸗
ſterius aūt quaſi regulꝰ venena diffun⸗
dūt:exterius coloꝛe roſeo ⁊ niueo cādo⸗
re relucēt.interiꝰ aūt putredine virulēta
⁊ ſanie ac ſpurcitia plene ſunt. Uerbis
diligūt:factis aūt vt frequētius infideli⸗
tatē oſtēdūt.At ꝯ̄ anime tue ſpōſa eter
na ſapiētia exteriꝰ quidē ſm̄ faciē humi
lis abiecta ⁊ deſpectabilis putat̄.interiꝰ
aūt viue lucis triclinio decoꝛat̄. Caro ex
terius moꝛtua apparet.ſed fulgoꝛ deita
tis qui nō videtur interius lucet. Caro
videt̄ miſera:ſꝫ latet qualis ſit gloꝛifi⸗
cata.Uel ſic.Si credis vilia crede ⁊ ma
gnifica.Talis ē dilectus quē affoꝛis de
foꝛmatū cernis vt ſi daret̄ ipm in deco
re ſuo vel ad momētuꝫ videre: neceſſe
eſſet te:ex lucis ame nitate:ex faciei pul⸗
chꝛitudine:ex gaudioꝝ imenſitate defi⸗
cere:cum nullus homo poſſit eum vide
re ⁊ viuere. Ipſe eſt enim in quē deſide
rant angeli pꝛoſpicere. Poꝛꝛo exterioꝛ
moꝛtificati coꝛpoꝛis diſpoſitio ac foꝛma
nō eſt defoꝛmitas cēſenda vt tu putas:
ſed maria foꝛmoſitas.qꝛ nō qualꝭ appet
q vr̄ attēdere debes:ſꝫ qualia ꝑpeſꝰ ſit:
⁊ vñ:⁊ ꝑꝑ qd.Si ꝗ̄ris. vñ: cōſtat qꝛ ex
nimia charitate ⁊ dilectione.Si queris
ꝓpter qd.certum eſt ꝑꝑ te:vt ſua defoꝛ
mitate te foꝛmoſum faceret: ſuo liuoꝛe
te ſanaret.ſua moꝛte ꝑhennis vite ĩmoꝛ
talitatem tibi tribueret.Sic igit̄ dilectū
amoꝛis oculo reſpiciēdo videbis plenuꝫ
charitate ⁊ dilectōe: qui nō ſolū verbis
amauit:vt nō nulle dilectrices.ſꝫ ⁊ fcis
ſe diligē ꝯpꝛobauit:qꝛ ĩ moꝛte ⁊ vſqꝫ ad
moꝛtē dilexit.Sic igit̄ patet:qꝛ exterio⸗
ris hōis foꝛma ⁊ diſpoſitio quā ex paſſi⸗
onis acerbitate ꝯtraxit magis eſt amo⸗
ris expꝛſſiua ꝙ̄ defoꝛmitats indicatiua.
Nec obſtat ſi h̄ ei q nō amat nō videat̄
quia oculis egris odioſa eſt lux que pu⸗
ris eſt amabilis.Diſcipulus Uere ⁊ in
dubitanter ſic eſt ⁊ beati oculi qui ſic vi
dent:quia hoc nō eſt omniū ſed pauco⸗
rum·i.feruide amantiuꝫ. Falax pꝛoinde
gratia ⁊ vana ē pulchꝛitudo.nec ĩmeri⸗
to ſtultus reputabit̄ q ſm̄ faciē ⁊ nō ſm̄
veritatē amat. Nā qꝛ falſuꝫ pꝛo vero re
cipit·ideo optato fructu carebit.Sapiē.
Ad rediuiuā igit̄ ſemꝑ tue mēti ſalubꝛē
paſſionis mee impꝛimēdam memoꝛiam
amoꝛiſqꝫ artem atqꝫ materiā amplioꝛē
pꝛebendam deuotiſſimis auribus tuis ꝗ̄⸗
dam de ea paſſione iterum replicabo.
De qbuſdā xp̄i paſſionibꝰ:⁊ qualr̄ verꝰ
amatoꝛ dꝫ ſe eiſdē ꝯfoꝛmar̄: ⁊ qualr̄ deꝰ
ꝑ talē moꝛtē voluit genꝰ hūanū redimē.

Ante diem feſtū paſche vltia
cena iam facta cū diſciplis in
ſtāte tpe trāſit⁹ mei ex h mūdo
ad patrē egreſſus cū vndecim
abij in montē oliueti: vbi fact⁹ in agonia
cum plirius oraſſez τ itelligerē tam cru-
delia tormentoꝝ τ ſuppliciorꝝ gnā mihi
iam iminere tūc fact⁹ eſt ſudor meus ſi-
cut gutte ſanguinis decurrentis vſqꝫ in
terraꝫ. Uix .n. credibile eſſet alicui homi
ni viuenti ſub celo quales anguſtias τ q̄s
vehemētes τ terribiles mortis preſſuras
natura delicata mortē horrēdo in ei⁹ pre
ſentia tūc perſenſit. Poſtea venerūt fi-
lij tenebraꝝ hoſtēſibiꝉ q me duriſſime
captiuantes τ crudeliter ligātes ad ciui-
tatem reduxerūt. Noctē illā ſacrilegi di
uerſis ſuppliciorꝝ generib⁹ in me expēde
runt: τ ſe penis meis ſatiātes ludibrijs τ
verberib⁹ iniurijs τ obprobrijs inumeris
me afflixerūt: faciē meā amabilē turpi-
ter ꝯſpuebāt: oclos velabāt collū cū ſub
ſanatiōe pcutiebāt. Mane facto i atrio
cayphe veritatē ꝯfitendo reū mortis me
eſſe cōclamabāt. Maternis quoqꝫ vi-
ſceribus ipſa que me genuit ſup me do
luit: τ irremediabilibus lachrymis fleuit
cum me in tātis anguſtijs τ obprobrijs
poſitū vidit. Deinde ante preſidē pilatū
fui adductus: accuſat⁹: τ ꝯdēnatus. Ini-
mici mei terribilib⁹ oculis me intuebāt:
τ tanq̄ gigātes ſteterūt ꝯtra me. Ego
aūt manſuete tanq̄ agnus q portat ad
victimā ſtabā demiſſo capite: pacientiſ-
ſimo corde. Poſt hec ab herode alba
veſte indut⁹ tanq̄ fatuus illuſus fui. Cor
pus meū formoſuꝫ flagellis accerrimis
verberauerunt. Caput meum delicatuꝫ
ſpinis pungentibus perforauerunt. faci-
em meā amabilē ſputis τ ſanguinē de-
fluente ſordebat. Et ſic tandem ꝯdēna-
tum miſerabiliter cruce humeris pro-
prijs ſuperpoſita ad locū ſupplicij cla-
mantes valēter tolle tolle crucifige ma-
leficium duxerūt. Diſcipulus. O ſū
ma pietas ſi tam amara fuit tue paſ-
ſionis incohatio: heu qualis erit tanti
doloris exitus τ conſūmatio? Reuera
animal irrationale tam crudelia pati
eſſet mihi videre miſeria: q̄to magis te
omniuꝫ creatorēꝫ τ ſpecioſiſſimū homi-
nem ſuſtinere tam immania tormenta
τ ſupplicia. Merito proinde ex intimo
cordis affectu τ totis precordijs meis
cōpatietur tibi anima mea. Sed vnum
eſt quod a te ſcire cupio: de quo etiam
nō deſino mirari. Ecce querenti mihi
tuam deitatem oſtendis humanitateꝫ.
querenti dulcedinem pfers amaritudi-
nem. petenti mamillas ſuggendas ro-
buſta certamina decertare. O diuina ſa
piētia cur h facis vel quid per h vis oſtē
dere? Sapientia. Notuꝫ tibi ſit q nō
datur peruenire ad deitatis altitudineꝫ
vel inuſitatam dulcedinem niſi tractis
pio quodam fidei ac dilectionis affectu
per humanitatis τ paſſionis mee ama-
ritudineꝫ. τ q̄to hac neglecta quis aſcē
derit altius: tāto cadit profundius. Hec
eſt via per quam itur. τ hec porta per
quam introitus ad deſideratum finem
cōceditur. Quapropter depone nunc.
omnem cordis tui formidoloſum timo-
rem. τ indue animū virileꝫ. Conſtanter
age τ in atie mecum fortiter ꝯſiſte. quia
nō decet famulū delitiari vbi viderit do
minuꝫ ſuuꝫ tam ſtrenue decertare. Re
ſpice oculo mentali numerū fortiuꝫ iter
quos ſi ſpiritualiter eterno regi militatu
rus annumerari deſideras neceſſe eſt
vt priſtinā ignauiam deponas τ exēplo
trium fortium dauid inter proſpera vꝫ τ
aduerſa equanimiter te habendo tanq̄
per mediā atiē inimicorꝫ tranſeas: ac ſic
de ciſterna bethle emitica aquā hauriē
do potum deſideratum ſūmo regi offe
ras: temetipſum vꝫ exponendo labori-
b⁹ cunctis vt eius filij pareas benepla-
cito voluntatis. Induere ſicut gigas
ſcolla bellica. accipe armaturam me-
am. Non precedat ſed ſequatur ar-
miger dominum ſuum. quia de calicē

quē bibi potaberis: ⁊ aduerſa q̄ ꝑtuli tu
quoq; ꝓ poſſe ſpūaliter patieris. Sepe
coꝛ tuū ob quottidianā moꝛtificatōem
ſenſualitatis rōni ꝯtrariātis ⁊ impetum
multaꝝ tribulationū te dilectōi mee di-
ſponētiū anguſtiabiliter ⁊ quodāmodo
ſudoꝛe ſanguineo ꝑfundet. hoꝛtuꝫ qppe
plantationū meaꝝ roſeis floꝛibus angu
ſtijs vꝫ ⁊ tribulationib⁹ impiguare te de
ſidero. Inueteratas nāq; in te ꝯſuetudi
nes malas vicēdo captiuaberis ⁊ quaſi li
gaberis ⁊ ab aduerſarijs quoq; meis oc
cultas calūnias ⁊ manifeſtas iniurias ſu
ſtinebis: ſed ⁊ paſſioneꝫ meā in pectoꝛe
tuo tāq̄ mater fideliſſima filiū ſuū i ſuo
coꝛpe iugiter poꝛtabis. Repꝛehēſiōes ⁊
iudicia iuſta a mltis patieris ⁊ dtractio
nes multas ab emulis habebis: ⁊ quaſi
ſpinis caput tuū coꝛonabit: cum ſpūalia
exercitia tua inuidie ſtimulis ſuppꝛimē-
tur. Poſt hic extra caſtra mecū educe-
ris ſimulq; iproperia mea poꝛtabis: quā
do te ipm ⁊ ꝓpꝛiam volūtatē ⁊ oēs crea
turas de ſalute te impedictes deſueris
ꝓ poſſe tuo velut hō moꝛitur⁹ cūcta dſit
in vltimo exitu ſpūs ſui. Igitur foꝛti aio
eſto ⁊ pꝛepara animā tuā ad tēptationē
quia que ventura ſunt ānūciaui tibi. Diſ.

O iudicioꝛum dei abyſſus impſcruta
bilis: o eterne pꝛeoꝛdinationis ſnīa foꝛmi
doloſa: cur nō ſi tibi dicere lꝫ decreuiſti
ſaluare genus humanū ꝑ alium mo duꝫ
magis quietuꝫ? O ſi liceret miſis dice-
re ad te: quare ſic feciſti? Nūquid i tua
eterna ſapiētia nō potuiſti inuenire aliū
modū per quē ⁊ miſeros ſaluares ⁊ tuā
nobis dilectōem oñderes. ⁊ ſic te ipſuꝫ
a tantis doloꝛibus noſq; a tantis com-
paſſionibus ſuppoꝛtaſſes. Merito inde
ꝓpheta ſanctus occulta animaduerſio-
ne cōſilium hoc quaſi impugnare auſus
eſt dicens. Quare futurus es veluti vir
vagus: vt vir q nō poteſt ſaluare. Sapi.

Diuina ſubſtātia oēm foꝛmā quā in-
tellectus humanus attingit: ſua virtute
excedit. vñ ſicut ipſam nō pōt appꝛehen
dere: ita nec ꝓfūditatē iudicioꝝ ipſius ꝑ
q̄ creata omnia ſuū finē ſoꝛtiunt pote-
rit inueſtigare. Pꝛoinde a talib⁹ que ex
ſole diuine volūtatis bñplacito depen-
dēt a nimia ⁊ curioſa inqſitione cauēdū
eſt: ne vꝫ ſcrutatoꝛ maieſtatis oppꝛimat
a gloꝛia. In hac enim imenſitate de⁹ ꝑ
ſuā omnipotentē virtutē humanā natu-
ram multis alijs modis recupat pote-
rat: ſꝫ ſtātibus ꝯditionibus vt nūc null⁹
ꝯgruentioꝛ modus erat. Auctoꝛ. n. nē in
ſua opatione nō attēdit quid ſua virtus
pꝛeualeat: ſꝫ quid vnicuiq; creature cō-
gruū ſm ſuā naturā exiſtat. Cum auteꝫ
homo pauciſſimas veritates reꝝ etiam
naturaliū ⁊ inferioꝝ deductionib⁹ ſciēti
ficis ob impfectionē intellectus humani
ſciat: ⁊ eaſdē nō niſi cū maximo ſtudio ⁊
diutino laboꝛe tandē cōquerat: itēq; na
turaliter de viſibilibus ad inuiſibilia de
coꝛpoꝛalib⁹ ad ſpūalia ꝓcedat: qūo que-
ſo ꝯgruētius diuina myſteria ſciri pote-
rant: maximeq; iſta ꝓclara fidei ꝓncipia
oēm facultatē intellect⁹ excedētia: niſi ea
ſapiētia diuina carne induta vtpote veri
tas infalibilis reuelaret: vt iuiſibilia dei
a creatura mūdi ꝑ ea que facta ſunt in-
tellecta ꝯſpiceret. ſempiterna quoq; vir
tus ei⁹ ⁊ diuinitas ꝑ aſſumptā humani-
tatē nota fieret? Nō etiā qui ꝑ inoꝛdina
tam delectationē gaudia amiſerat: qua-
liter oꝛdinati⁹ q̄ ꝑ tēpoꝛalē tribulatōem
amiſſa recupare debuerat? Ampli⁹ auteꝫ
cū via q̄ ducit ad vitaꝫ ſit arta ⁊ ſemite
anguſte ⁊ ante incarnationē fuerit mi-
nus trite: qualiter poterat hic via leuioꝛ
fieri niſi h modo vt ipſe q hanc tradidit
pꝛeiret: ⁊ viā laboꝛioſaꝫ amariſſime pa-
tiēdo alleuiaret ⁊ ſic facilioꝛ creatur fie-
ret cū ipſam creatoꝛ pꝛecedēdo tanta ſe
dulitate calcaſſet? Perpēde adhuc ex te
metipſo: ſi moꝛti obnoxius iudicialiter
plectēdus foꝛes ſi qs ictū ferictis pꝛo te
exciperet in coꝛpe ſuo ⁊ te illeſum abire
ꝑmitteret qūo maioꝛē charitatē ⁊ dile-
ctionē oſtendere poſſet vel debitoꝛē ſibi

ꝯſtitueret teqꝫ ad reamandū magna in
uitaret. Interroga ſingulas creaturas ⁊
docebūt ordinē totius vniuerſi ⁊ rñdebit
tibi qꝺ ſm nullū pulchriorē modū ⁊ con
gruentiorē ſeruāda erat iuſtitia ſil' ⁊ mi
ſericordia oñdenda: natura hūana exal-
tanda: bonitas diuia effundēda: deniqꝫ
celū ⁊ terra pacificāda: q̄ cū dolore paſ-
ſionis tāti mediatoris ⁊ amaritudie mor
tis ipſius. Nec te labor electoꝝ exterre-
at: aut aduerſa picula frangāt. Ipſa nā
qꝫ ineffabilis pñtie mee ſuauitas ⁊ amo
ris dulcedo admiranda aut non ſentire
aut leuiſſime ferre faciet aduerſa omnia
vnctōe magna. Quis. n. priuilegio ſpūa-
lis ꝯſolatōis aut gr̄a ſupne viſitationis
ampli' gaudet q̄ q diu pp me' diuerſas
tribulationes ſuſtinet? Amaritudinē te-
ſte minus curabit: qui nuclei dulcedīeꝫ
frequētius preguſtauerit. Item athleta
qui fortē ⁊ ꝓpitiū adiutorē in ꝯflictu hr̄e
dignoſcit: pro magna pte iam triūphaſ-
ſe ſperat. Igit nō cōcidat cor tuū ſꝫ paſ
ſionē meā ſemp i mente habeto: ⁊ eam
in corde tuo quaſi in libro ſcribe: ⁊ te ei
q̄tum vales ſtudeas cōformare. Nunc
vero amaritudinē paſſionis mee tibi af-
fectuoſius iculcare cupiens ordinē nātio
nis ipſius vlterius ꝓſequamur. Eductū
me itaqꝫ extra caſtra ſuſpēderūt in cru-
cis patibulo iter duos latrones: ad hoc
dūtaxat vt mors mea turpiter appare-
ret. Cūqꝫ ſic fixus manerē ⁊ ſeuiſſimis
dolorib' mortis circūdatus eēꝫ: ocli mei
luciferi fuerūt ꝯtenebrati: aures deriſio-
nibus replete: olfatus propter malū odo
rem afflictus: os meum dulciſſimuꝫ fel-
leo potu amaricatuꝫ. Percuſſerūt me:
vulnerauerūt me: ⁊ duriſſimis caſtigati
onibus carnē meā lacerauerūt: ita vt at
troces ictus ſanguinis vnde erūpētes ſe
querent ⁊ p corpus delicatū ſpraſuꝫ de
currentes ipm cruentatū ſanguie cūctis
demōſtraret. O ſi vidiſſes me in illa ho-
ra tā miſerabiliter pendentē i patibulo:
defeciſſet anima tua pre dolore ⁊ triſti-
tia. Heu in hora ⁊ in tempore illo ſpa-
tioſa terre latitudo defecerat mihi: ita
non haberē vbi caput miſerijs feſſū recli
narem: ſed iclinatū deꝓēdebat. Collum
meū allapis ⁊ pcuſſionib' affixerant: fa-
ciem meam elegantem ſputis imundaꝫ
reddiderant. Pro viuido colore pallor
vmbroſus vultum meū occupauerat: ⁊
tota formoſitas mea itantum extincta
fuit ⁊ emortua: vt aſpectus mihi debit'
iaꝫ nō eſſet: ſed quaſi leproſi alicui' aſpe-
ctus viluiſſe videret. Diſcipulus. O quis
mihi det iam in hac hora tuā hāc faciē
amabilem ſub hac lugubri forma iuxta
votum meū ꝓſpicere: ipſamqꝫ pfundere
reſoluto corde vehementiſſimo imbre
lachrymaꝝ. O ſpeculuꝫ mūditie virtutū
⁊ gratiaꝝ omnium pulcherrimū obie-
ctum: in quem deſiderant angeli ꝓſpice
re: iocūdiſſimis obtutibus ſuos gaudent
oculos defigere felicitate idefeſſa. Quis
dabit cordi meo tam eximiū ⁊ precipuū
compaſſionis affectum: vt ſua ex imenſi
tate omnium ſingulari amore flagran-
tium motiuas ſuperet compaſſiones? O
ſi poſſem omnium oculorum vberes la-
chrymas effundere omniūqꝫ linguarū
motiuas ⁊ flebiles voces habere: vt paſ-
ſioni tue tanto efficatius daretur repen-
dere vices. Sapientia. Nemo paſſioni
mee melius rependit vices q̄ qui nō ver
bis ſolum ſed factis ipſam cōſequit: qui
ſtigmata. i. crucis opa iugiter i ſuo por-
tat corpore ſe meis humiliter cōforman-
do veſtigijs: ꝓſpera vꝫ calcans aduerſa
nō formidans: qui ardenti ſemp deſide-
rio ad culmen tendit ſpiritualis perfecti
onis. Dico tibi qꝺ nec tot lachrymarum
imbres quot aquarum ſunt gurgites co
rā me eſſent tā acceptabiles. q̄uis etiaꝫ
pie lachryme ex affectu compaſſionis ꝓ-
cedentes amabiles ⁊ grate corā deo exi
ſtant. Diſcipulus. Amantiſſima ſapiētia
idcirco qualiter me tibi in predictis paſ-
ſionibus cōformare debeam cupio edo
ceri. Sapientia. Auerte oculos tuos ne

videãt nociua: aures tue ne audiãt vana
⁊ ꝑ dulcib⁹ ſume amara. Corpis tui ſupꝰ
fluas ⁊ inordinatas amoue delitias cor-
dis tui pacem ⁊ quietẽ i me ſolo regraſ.
Cũctas tribulatões gaudenter recipias
mala illata patiẽter ſuſtineas: ⁊ deſpica-
bilis ab omnibus videri cõcupiſcas. Di-
ſce volũtatem tuã in oibus frangere ⁊
ↄcupiſcentias carnis tue ob amorẽ ſal-
uatoris pro te morẽtis iugiter mortifi-
care. Hec ſunt fili mi hic ſunt inq̃ ꝑma
principia que tibi ceteriſq; amatorib⁹ ſu
is tradit diuina ſapiẽtia: q̃ in libro h̃ ap-
to vz corpore meo crucifixo ſicut vides
ſibi exarata. Diſcipulus. Tam copioſa ⁊
imenſa eſt redẽptionis tue fidelitas ⁊ cũ
ctoꝝ excedẽs ingenia mortaliũ: vt etiam
poſtpoſitis oibus ceteris bñficijs multi-
plicib⁹ ſola paſſionis tue ex amore ꝓcedẽ
tis tam larga imenſitas ⁊ tã pia fideli-
tas ſibimet totũ iure capiat dilectõis af
fectũ. Sed nũc o eterna ſapiẽtia anima
mea iterato a te audire vehemẽter ſitit
hoc qđ miſeris tã dulciter ſapit. Quid
obſecro ſibi vult tantus amor vel qđ co-
gitaſti ꝙ tã amara pati voluiſti: Qua-
re tibi ipſi nõ ꝓuidiſti ⁊ ꝓpitius tibi non
fuiſti. Leuius nãq; abſq; omni dubio h̃
facere licuiſſet ſi placuiſſet. Sapientia.
Amoris magnitudo h̃ me facere nõ ꝑmi
ſit charitatis flãma itantũ deſeuit: ꝙ in
nullo pecre voluit nihil ↄdeſcẽdere ad-
miſit. Hec nãq; intantum in me exarſit
vt nullus vnq̃ ſitiẽs tam feruide limpi-
diſſimos aquaꝝ fontes deſiderauit: aut
moritur⁹ vitã cũctis mortalib⁹ optatã af-
fectauerit ſicut ego ex amore ſitiui pctõ-
res ſaluos facere ⁊ me eis amabilẽ exhi-
bere. Facilius iã dies ꝑterita reiterabit̃:
flores ab initio mũdi arefacti reuiuiſce-
rent pluuiaꝝ gutte innumerabiles collige
rent̃ q̃ mẽſurari aut extimari poſſit cha
ritatis dilectõis mee imenſitas icompre
henſibilis. Vñ ⁊ corpus meũ formoſum
doloribus inumeris tanq̃ qbuſdã amo-
ris ſignaculis tã multipliciter ſignatum
fuit: ꝙ nõ inueniebat̃ nec ſpatiũ vni⁹ pũ
cti in toto corpe crucifixo qđ nõ dolore
⁊ amore ſingulari reluceret. Et h̃ quo-
q; iam in pñti tibi aliqualiter videre di-
ſpẽſatiue ꝓcedit̃. Uide nũc man⁹ meas
vtraſq; lõgas ⁊ pulchras clauis acerri-
me perfoſſas brachia atrociter extenſa:
pedes perforatos: crura ad modũ feſſa
⁊ violenti quadam cancelatione cõſtri-
cta. Reſpice delicata corporis membra
tam arte incluſioni mancipata: ſangui-
ne quoq; reſperſa ⁊ perfuſa. Corpus me
um iuuenili decore venuſtũ a flore ſuo
decidit ⁊ emarcuit. Aſperrimũ crucis li-
gnum erat delicati dorſi reclinatorium.
Corpus ponderoſum clauis confixum
deorſum ſua mole trahebatur ⁊ inde
dolor vulnerum meorum augebatur.
Quid plura: A planta pedis vſq; ad ver
ticem ſeuiſſimis vulneribus ⁊ amariſſi-
mis doloribus repleuerunt me: dedu-
xerunt in lacum mortis vitam meam.
Nõ pepercerunt ſed inebriauerunt me
amaritudine. ⁊ exquiſitis cruciatibus re-
gẽ glorie vexauerũt. Et hec omnia amo
ris vulnera cum magno ſuſtinui cordis
deſiderio vt meo liuore peccatorum vul
nera ſanarem: pro peccatoribus miſeris
ſatiſfacerem ⁊ omnes redire volentes
patri celeſti reconciliarẽ. Qualiter ani
ma que ſponſum per peccatum perdi-
derat ipſum ſub cruce perferuidam pe-
nitentiam inuenit chriſti paſſione adiun
cta. Capitulũ. 4.

ffundite lachrymas oculi mei
e ploꝛate ⁊ nolite deficere. Leta
huiuſmõ di abſcedant: cuncta
que mihi ſolatij eſſe videban-
tur procul recedant ⁊ me ſolitudinem
meroris amicam triſtitie ſotiam quere
re ſinant vt flere poſſim repentina ma-
la que mihi ex peccatorum nebula ſu-
peruenerunt: ⁊ me quondam letis ſuc-
ceſſibus gaudentem ⁊ iuuenili decore
florẽtẽ ad preſentẽ miſeriã deduxerũt.
Ad temetipſũ igit̃ o aĩa mea introrſũ

recurrēs ꝛ labentia cuncta ſupgrediens vaſtāt ſolitudinē ꝓfundiſſimaꝝ triſticiaꝝ rū pquire: ꝛ excelſos montes rememorataꝝ miſeriarum pete cordeqꝫ ſanciato voce flebili ꝛ eiulatu miſerabili exclama tam valide vt montiū ꝛ collium alta cacumina aeriſqꝫ excelſa auſpicia vſqꝫ ad ſupremum celi cōnexum vox iſta lamētabilis pertingat ꝛ ad aures illas pietate plenas celeſtium ſpirituuꝫ perueniat talibuſqꝫ clamoribus aggredere ꝛ dic. O lapides viui montes excelſi campi luminoſi ſyderearū manſionum: quis mihi det vt ignis ille vehemētiſſimus calore nimio precordia mea adurens ꝛ lachrymę amariſſime vberrime iam ꝓfluētes vos moueāt ad cōpatiendum mihi ꝛ ad leniēdum dolorem meū. Dolorem vtiqꝫ incōparabilem cordi meo vim facien tem anime viſcera cruciantem ꝛ me pre mentem meduliter. Heu me infelicem. Siquidem ſponſus ille celeſtis me ſua charitate preuenerat: enutrierat: in ſpōſam elegerat ānulo ſuo ſubarrauerat ꝛ ornauerat multipliciter: mel ꝛ lac ex eius ore melliſluo frequentius ſuſcepi: o ſclō oris ſui interdū ꝑfruitus ſum. Nō nūqꝫ etiā amplexu me ſpūali ſpūalis ille ſponſus liliorꝫ amator linierat: ꝛ repleuerat multiplicibus bonis. At ego miſera ꝛ in oibus his ingrata cū in honore eēm nō intellexi ſed ab ipſo aufugi. receſſi ꝛ apoſtataui. Ve mihi qꝛ ipſuꝫ ꝑdidi: ve mihi qꝛ vnicū cordis mei gaudiū dereliq. De reliqui venā aquaꝝ viuentiū dn̄m. A dilecto dilecta cōdam alienaui: ab ipſo īfideliter me ſepaui. Heu me miſeram ad qd hoc facere volui? Cur ip̄m deſerui? Eia quot ꝛ qualia cum ipſo ꝑdidi? Me metip̄m etenim amiſi: ꝛ oēs celeſtes ſpiritus offēdi: triſtia venerūt ſolatioſa q̄qꝫ me dereliquerūt. Sedeo nuda vidua ac deſolata cōfuſione ꝛ ignominia plena: quia mei fli amatores imo certe veri deceptores ꝓhdolor deceperūt me ꝛ miſabiliter dereliquerūt ꝛ oibus bonis qbus a dilecto ditata erā ſpoliauerūt. O honoris āmiſſo gaudioꝝ ꝑditio oiumqꝫ cōſolationū priuatio: qꝛ vna hora venit vniuerſorum deſiderabiliū meoꝝ ꝛ deſtructio ꝛ plena deſtitutio. De cetero cōſolari nō potero: ſed hoc erit mihi maria cōſolatio nullā ꝯſolationeꝫ recipe ſed ſemper gemere ac flere donec miſabili morte ꝑfungar. Ve mihi. quo me vertā? Ad quem ibo? Quis me cōſolabit? Ecce totus mūdus me dereliquit: qꝛ dilectum meū reliqui. Heu me quare hoc feci? O q̄ miſerabilis hora q̄ huius mali extitit cōſcia. O rubeſcentes roſe ꝛ lilia albeſcētia ac viole inuiolate anime vꝫ ſancte ꝛ imaculate intuemini nūc quē prefero ſe rotinū florēꝫ. Attendite ꝛ videte me ſpineto ꝯſimilē ꝛ ponite ad cor q̄ citiſſime marceſcit ꝛ ꝺcidit flos ille quē hic mundus carpit: qꝛ ꝺcetero nihil reſtat niſi vt viuꝰ moriar florēs marceſcā iuuenis añ tp̄s ſeneſcā ꝛ ſanꝰ lāguidꝰ fiā. Sed hec oīa leuiter diſſimularē poſſeꝫ ad h̄ ſolū ꝙ tuā amabileꝫ ꝛ paternā faciem offendi: ꝛ te ſolū dilectū cōtriſtaui. Hoc mihi infernus eſt ꝛ dolor ſup oēm dolorem. O mi dulcis mente deficio cū recolo q̄ta me charitate ꝛ dilectiōe preueneras cū q̄ta dulcedine admonebas: ꝛ q̄ amicabiliter me ad te cōdam trahebas. Me premit dolor eo ꝙ his omnibus ingratus fui: ꝙ tāta bona tam modicū curaui tm̄ theſaurū tā leuiter abieci. o mortis īfelicis optata p̄ntia: ad qd retardas? Cur me nō tollis? o cordis humani fortitudo preualida: qꝛ tanta patiēdo nō deficio. o cordis mei duritia ferrea: qꝛ nimio dolore primo: ꝛ non derūpor. obaudite me diuini flores ꝛ ꝯdolete mecū omnes pij amatores. Ego illa ꝯdam dilecta nomine excellentiſſimo decorata ſponſa ſūmi regis appellata fui. Video ꝙ criminoſior xp̄i adultera ſim q̄ cuiuſqꝫ mariti ſpōſa. Oliuam vberē pulchrā fructiferā vocauerat dn̄s nomen meū. Heu me infelicē: quia nūc nō ſum digna vocari ipſiꝰ

ſocaria lotricis officio deputanda. Ocu-
los meos pre rubore ⁊ verecundia ne-
quaq̄ decetero audeo leuare: ſed neq̄z
os meum amplius ad ipſum aperire. O
anguſtie cordis. Anguſtie ſunt mihi vn-
diq̄z. ⁊ quid eligam ignoro. Dilectum ēt
abſq̄z ſpe recuperandi perdidiſſe grauị-
us eſt oī morte: ip̄z vero ſicut p̄ri⁹ rebře
apud triſtiſſimā animā meā iudicať im
poſſibile. En q̄uo vndiq̄z coartor: i toti⁹
mūdi latitudie ſpatioſa: atq̄z vtinā in ſo-
litudie vaſtiſſima eſſez vbi ocul⁹ hūan⁹
me nō videret neq̄z auris audiret vt me
liberi⁹ clamoribus atq̄z fletibus ſatiare
poſſez. q: h̄ finis ꝯſolatōis mee exiſtit.
O pctm̄ q̄d mihi cōtuliſti? O infelix cul-
pa ⁊ laborioſa voluptas ad q̄lē miſerū
ſtatū me pduxiſti. O mūde imūde dece
ptiōe ⁊ fallaciaꝝ veſtigie plene. Ue ei q̄
tibi famulatur: ⁊ voluntati tue ſe ſubij
cit. O q̄tis hic tribulationib⁹ ⁊ miſerijs
anguſtiabiť. Nam ⁊ ſi exterius blādiri
videať interius tm̄ latet qđ mordeat. Et
ſi a foris ſerenus videatur: infinita tamē
occurrūt que animā miſerā iugiter affli
gāt. Heu heu deceptrix quāta mihi in
initio pmiſiſti dū me decipere voluiſti.
Dulcib⁹ litteris crebriſq̄z munuſculis mi
hi inſidias poſuiſti. verbis ſuauiſſimis ⁊
ad alliciendum cōpoſitis velut ſyrenaꝝ
vocib⁹ fiſtularūq̄z dulciſſimis modulati-
onibus ſenſuz mihi abſtuliſti. Uultu me
retricio gutture nitēti ridentibuſq̄z oclis
cor ſtulti tranſfixiſti. aq̄ȝ petenti vtrez cū
lacte aperuiſti ⁊ me dulci toſſico ⁊ ſua-
ui abſinthio iebriaſti. Pomela pulchra
⁊ ſuauia ob ſolam gratitudinem fragrā
tia manu propria exhibuiſti: roſas de ro
ſario pro munere dediſti iuraſtiq̄z vali-
de q̄ me ſumme diligeres: nec vnq̄ȝ mi
hi letis ſucceſſibus proſperiſq̄z euentib⁹
deficere velles. O callida vulpecula. O
vipera venenata. Ecce his alijſq̄z inu-
meris falſis blanditijs me irretitū poſt
te in mortem traxiſti: ſicut cum oui viri-
dis ram⁹ oſtendiť ⁊ ad mortez leta gau

denſq̄z pducit. O fera peſſima o beſtia
cruenta: nūc pūgis crudeliter quē leuiter
vnxiſti: atrociter allidis quem leuiter
eleuaſti. Uocez ſyrene ſimulās aculeuz
te habere pdis. Ecce omnia verſa ſunt
in ꝯtrariū. Dū in ſinu tuo me tuti⁹ quie-
ſcere puto: capilli abſcinduntť oculi eruū
tur recedit ſpūs. robur tolliť ⁊ inimicoꝝ
gladijs inermis occūbo. Hec recolens
mēte ptractās in memetipſo marceſco:
factuſq̄z ſum mihi metipſi grauis. Felix
pinde aīa regina merito diuitiaꝝ nūcu-
pāda quā rediderūt aliena picula cautā
q̄ ſuā mentis ⁊ corpis ſuauit inocentiā.
O q̄ta felicitate talis etiā neſciēs pfrui-
tur. Gaudeat vita pura leteť ⁊ aīa a cō
cupiſcentijs mūdanis aliena. qm̄ ſemp
p̄ſumit ſeua ꝯturbata ꝯſciētia. Hec plū-
bo grauior leone ferocior tonitruo terri-
bilior abſinthio amarior eſſe cōprobať.
Hic eſt vermis interiora corrodens: qui
nō comedere nec qeſcere ſinit: ſed plerū
q̄z etiā dormientes horrore ꝯcutit. Tot
⁊ tanta ſunt q̄ ingnatā ꝯſciaz ledunt. q̄
hec coingnati vix credē poſſent. Creatu
ra. n. tua tibi fcōri deſuiens exardeſcit in
tormentis aduerſus iniuſtos. ⁊ lenior fit
ad bñfaciendū his q̄ in te ꝯfidunt. Hec
dixi: q: hec dicē expientia docuit ⁊ pñs
amaritudo cordis mei amariſſima ad h̄
me puocauit. Iaz. n. eius miſia me pre
mentez exclamare cogor: ⁊ dicē: q: ma-
lū ⁊ amaꝝ eſt mihi reliqſſe ſpōſuz meū.
⁊ p̄ceptis ei⁹ nō obtempaſſe. Quis mihi
det membranas celi hñtes latitudinem
attramentū maris excedens q̄titatem ⁊
calamos tot quot arboꝝ folia ⁊ pratoꝝ
gramina: vt pſtrigē poſſez dolorez ſimł
q̄z dānū irrecupabile qđ incurri: q: dile
ctū meū dereliq̄? Heu: vt q̄d in hūc mū
duz naſcebar? Cur i vtero mřis nō perij?
Totus deficio ⁊ q̄d agā ignoro. Quid
ampli⁹ moror? Quid turbor? Quid plo-
ro? Quid ampli⁹ reſtat niſi vt meipſum
deſpiciā ⁊ in baratrū infelicis deſpatōis
a facie glorie dei me pijciā deſolatum?

Sapientia. An ignoras q̄ periculoſa
res ē deſperatio? Deſpare de ſalute tua
nullatenus debeſ. q: ego ad h̄ veni imū
duz q̄rere .ſ. ⁊ ſaluū facere qđ perierat.
Diſcipulus. O qđ eſt qđ audio: q̄ taz
dulciter reſonat aurib⁹ meis i hoīe miſe
ro ⁊ cane abiecto. Sapiētia. Quid
factū eſt: q: me non cognoſcis? Quō ſic
corruēs in terrā collapſus es? Nūqd pre
dolore nimio alienatōez mētis pateris fi
li mi? O dilecte mi ecce ego ſuz illa eter
na ſapiētia celeſtis p̄ris fili⁹ miſie baiul⁹
clemētie dux ⁊ pietatis: q abyſſuz miſeri
cordie oībus creatis ſpiritib⁹ ex imenſita
te ſua in ɔprehēſum apui te ipſuz oēſq̧
ad me redire volētes ſinu piiſſimo rece-
ptur⁹. Agnoſce vultū meū. Ego .n. ſū q
pauptatē ſuſtinui vt te ditarē: mortē p-
tuli amariſſimā vt te viuificarē. Ecce hic
ſto mediator dī ⁊ hoīuz reſuata h̄ns cru
cis ſtigmata iterponēs ipſa diſtricto iu-
dicio p̄ris eterni ⁊ ɔctis pctis tuis. Nūc
igit̄ noli timere. En ego ſum frater tu⁹
ſpōſus tuus pat⁹ miſereri ⁊ tegē pcā tua
⁊ piicere in pfundū maris ⁊ ſic remittē
quaſi nūq̄ fuerint: dūmodo ɔuerti ⁊ de
cetero cauē tibi volueris. Lauare in ſan
guine meo: in ſanguie inq̄ agni imacu-
lati amore pleniſſimi ⁊ roſeo colore pful
gēti. Leua de t̄ra cap tuū: api oculos tu
os ⁊ aſequior eſto. Ecce pfert̄ tibi ſtola
prima dat̄ anulus intelligentie ⁊ calcia-
mēta exhibent̄: vitulus ſaginat⁹ occidit̄
nomē amabile reddit̄ vt ſpōſa eterni re
gis ſis ⁊ appelleris. Et .n. nō corruptibi-
libus auro ⁊ argento ſz pretioſo ſanguie
meo te redemi: ⁊ cū tanto labore acqſi-
ui vt nō imerito debeā gaudē de ſalute
tua ⁊ adueniā eſſe facilis. Mirꝝ eſt ⁊ val
de mirandū qđ dicē volo: certiſſima tn̄
⁊ idubitata fide tenendū. Ecce ſi totus
mūdus eēt glob⁹ igneus ⁊ in medio ei⁹
de ſtipula lini pugillus vnus: hic ex ſua
nāli inclinatōe nō tā cito flāmaꝝ incen-
dia recipet ſicut abyſſus miſerationum
meaꝝ pctōrez penitentē ⁊ ɔuerti volētē
q: in illa actōi nāli aliqualis lz mīma ⁊ i
pceptibil̄ reqreret̄ mora: ſz nulla peni
tus mora iter penitentē ⁊ remittentē in-
ter gemētē ⁊ gemit⁹ exaudientē. Diſci
pul⁹. O paternaꝝ miſerationū pietas
inaudita: o fraterne fidelitatis ſtupenda
dilectio: o vnicū cordiſ mei gaudiū: tu ne
illū abiectū pditōis filiū dignaris adhuc
recipe? Nūqd ne ree mortis oībus iniq
tatib⁹ obnoxio gr̄az vis impēdē? O gr̄a
ſingularis: o benignitas ienarrabil̄: o di
uine miſicordie pelagus ifinitum cūctis
mortalib⁹ incōprehēſum excedēs igenia
ſuperās vota: deniq̧ ſupgrediēs merita
vniuerſa. Hui⁹ igit̄ rei gr̄a flecto nūc ge
nua cordis mei ad te p̄r miſericordiaꝝ: ⁊
in terra puolut⁹ pſterno me corā pedi-
bus tuis clemētiſſimis gr̄as agēs ex inti
mis pcordiis: ⁊ peto vt reſpicias tuū vni-
genitū filiū quē ex nimia qua nos dilexi
ſti charitate in mortē tradidiſti: ⁊ vt pp
mltitudinē doloꝝ ei⁹ oīuz iniqtatū mea
rum obliuiſcaris. Recordare qđ miſeri-
cordiaꝝ tuaꝝ ⁊ pmiſſionū ātiquaꝝ. Eq-
dez ore ſctō tuo quondā mūdo p diluui
um pdito ſignū recōciliationis tradidiſti
dicēs. Ponā arcū meū in nubib⁹ ⁊ re-
cordabor federis mei vobiſcū. Eya reſpi
ce nūc piiſſime pater arcū illū tūc pfigu
ratū .i. dilectiſſimū filiū tuū in cruce ſu-
ſpēſuz: cōſidera diligētiſſime quō ex ol
pte eſt ſpāſus ⁊ ptēſus: vt liceat dinume
rare oīa oſſa ei⁹. Ecce qualiter manus
ipſi⁹ ⁊ brachia ceteraq̧ mēbra validiſſi-
me ſunt extēta vulnerib⁹ attrita ſanguie
pfuſa. Hec q̄ſo ituere ⁊ p ei⁹ vulnera tu
nr̄a ſana vulnera ac dimitte pctā. Me-
mento dn̄e qualr̄ miſericors ⁊ pater mi
ſericordiaꝝ dicaris. Nā ex eo vz oīum
miſerator miſereris ⁊ iniuriaꝝ i te cōmiſ
ſaꝝ nō memineris atq̧ pctōꝝ obliuiſce
ris. Nō enim pp iuſtos q nō indigēt pe
nitētia: ſz pp nos q peccauim⁹ ⁊ inique
egimus miſericors appellaris. Aut nūqd
ſolos iuſtos ⁊ innocētes quoꝝ vita exi-
mia ⁊ celibata nobis ɔtinue in exēplū re

legit̃ auricularios ac ſecretarios ponere
d̃creuiſti ⁊ eos ſolos gr̃a ⁊ amicitia tua
ſinglr̃ decorare diſpoſuiſti? Aut nũqd in
nocentiũ dñs tm̃? Nõne ⁊ penitentiũ?
Amodo ⁊ penitẽtiũ ⁊ eoꝝ q ꝯuertũt ad
cor. Nõne vbi habũdauit delictũ ⁊ gr̃a
ſupabũdare ꝯſueuit. Igit̃ ad te pater mi
ſericordiaꝝ ꝯfugio: ꝓtectionis tue gr̃aꝫ
quero. Inſup affcũ quoqꝫ feruidiſſimo
amplexu p̃cordiali o fili regis eterni me
inter extẽta ⁊ nuda ꝯſtringe brachia tua
ſanguine cruẽtata: nolẽs a te neqꝫ viuuſ
neqꝫ mortuꝰ vnq̃ ſepari. Quãobrẽ dul
cis ⁊ pie pater remitte mihi ꝑꝑ amoreꝫ
vnigẽiti filij tui pctã mea qbꝰ irã merui
⁊ malũ corã te feci: qr tãtus eſt mihi ꝓ
pctis meis dolor vt potius mille mortes
vellẽ ſuſtinẽ q̃ te pater piiſſime decete
ro vnq̃ offendẽ. Oẽs nãqꝫ calamitates
quas patior ſeu ẽt ĩfernũ quẽ merui aut
purgatoriũ ſeuiſſimũ nõ tm̃ põdero nec
me tm̃ ꝯtriſtãt ſicut offenſa qua te crea
torẽ meuꝫ offendi: te inq̃ o dñm meũ ⁊
deũ meũ redẽptorẽ meũ ⁊ vnicũ cordis
mei gaudiũ ⁊ qd̃ te vnq̃ ꝯtriſtaui vl̃ ali
q̃ irreuerentiã exhibui. Vñ ⁊ ſi poſſem
nũc oẽs celos r̃plere clamoribꝰ irreme-
diabilibꝰ ⁊ tantã vim cordi meo inferre
vt mille ſciſſuris frãgeret̃ h̃ mihi eẽt ac-
ceptabile pre oibꝰ ſolatijs q̃ habui oibꝰ
diebꝰ vite mee: ⁊ q̃to mitiꝰ mecũ agit̃ tã
to amplꝰ lachrymoſus animꝰ affligit̃: eo
ꝙ tã pio amico ⁊ pr̃i fideliſſimo ingratꝰ
fui. Sꝫ nũc tu doctrix diſciplĩe dĩ o eter
na ſapiẽtia doce me obſecro qualr̃ tua
ſtigmata dl̃ciſſima ⁊ ſuauiſſima ĩ corpe
meo deferã qualr̃ ipſa iugiter in memo
ria retinere debeã: vt ſaltẽ per hũc mo-
dũ oñdaꝫ celigenis atqꝫ terrigenis quã
grãm referã pro tã inumeris bonis ⁊ ſu
perabundantia pietatis tue largiter mi-
hi miſero collatis. Sapiẽtia. Te ip
ſum mihi ⁊ oĩa tua offeras nec oblata
aliqñ r̃ſumas: ⁊ nõ ſolũ a ſupfluis ſꝫ etiã
interdũ licitis abſtineas: ⁊ ecce manꝰ tu-
as ꝯfixas cruci mee exhibuiſti. Quod bo
num eſt debes facẽ ⁊ mala illata equa-
nimiter ſuſtinẽ aĩumqꝫ tuũ mutabilẽ
ac ſparſas cogitationes debes colligẽ ⁊
recollectas in me ſũmo bono firmare: ⁊
pedes tuos cruci affixiſti. Virtutẽ animi
⁊ corpis non ꝑmittas accidioſe tepeſcẽ:
ſꝫ ad ſiĩlitudinẽ brachioꝝ meoꝝ iugiter
ĩ meo famulatu extẽdere toto conamĩe
ſtude: feſſus ⁊ fatigatus ex labore quo
cũqꝫ gr̃as age ⁊ patiẽter ſuſtine motuſ
qꝫ ſenſualitatis ſubtiliter reſtringe: ⁊ ſic
violentie ⁊ laſſitudini q̃ crura mea pa-
tiebant̃ r̃ndebis. Porro caro mea reflo
reat ꝑ carnis tue deuotã rationabilẽqꝫ
mortificationeꝫ: ſed ⁊ dorſo meo crucis
ex aſperitate afflicto dulce reclinatoriũ
ad quieſcendũ facias ꝑ diuerſorũ inco-
modorum ꝑpeſſionem voluntariã: ani-
mũ corpore pregrauatũ ſemꝑ ſurſuꝫ ad
dominũ habeas: membra tua iuſtitie ⁊
ſcificationi exhibeas ſicut ea priꝰ iniuſti-
tie exhibẽ ſolebas: cor ꝓmptũ tibi ſit ad
ſuſtinẽdũ oĩa aduerſa ꝓ noĩe meo: ⁊ ſic
tãq̃ fidel̃ diſcipulꝰ cũ dño ſuo ſpũalr̃ cru
cifixꝰ ⁊ quodãmõ ſanguĩe d̃uotõis reſ
ꝑſus mihi ſimilis amabiliſqꝫ efficieris.
Plãctus ſup extĩcto feruore d̃uotionis
in diuerſis ꝑſonis vtriuſqꝫ ſexus moder
nis tpibꝰ: quos xp̃s ꝑ ſuã paſſionẽ reuo
cat ad verũ amorem. Ca. 5.

Vomodo ſedet ſola ciuitas plẽa
q ꝑplõ: fcã ẽ qſi vidua dña gẽtium
⁊c. Dũ q̃dã vice diſcipulꝰ ſapiẽtie
mẽte lugubri piclõſuꝫ iã ſtatũ huiꝰ mũ-
di r̃uolueret ⁊ q̃tũ amor diuꝰ ſuis tpibꝰ
d̃feciſſꝫ ſil'qꝫ amor ꝓuatꝰ ĩ pleriſqꝫ locis
ſub forma religiõis furtiue ſuccreuiſſet.
accidit vt ĩter lachrymoſas p̃ces ad dei
ſapiẽtiã effuſas ſpũali quodã ac dulci ſo
pore opp̃mẽt̃ ⁊ ecce ſiĩlitudo q̃dã affuit:
q̃ eũdẽ p̃dcis pleniꝰ ĩformauit. Nã ĩ vi-
ſiõe appuit pegrinꝰ qdã paup ⁊ exul fo-
ris ſtãs baculũ ĩ manu geſtãs. miſeria ⁊
egeſtate plenꝰ iux̃ quẽ videbãt̃ qſi cuiuſ
dã ãtiqſſime ciuitatis ruine cuiꝰ muri ⁊
edificia ꝯdã pulcherrima turribꝰ ac foſſatis

poꝛtis ac ſeris ceteriſqꝫ armaturis fir-
mata fuerant. His aūt qui deintus erāt
negligēter agentibꝰ pars quedā ciuitatis
hoſtiū incurſione dirupta eſt: quedā aūt
ex negligentia inhabitātium coꝛruit. Ea
vero pars que remanſerat ruinam mi-
nabatur: hincinde ad h̄ rupturis qbuſdā
in altum ꝓminentibus. In hac ciuitate
apparuerūt q̄dam aīalia veluti monſtra
marina in effigie humana cū quibꝰ pere
grinus ille auxiliū petēs indignanter re-
pellebat̄ eiqꝫ auxiliari cupientes a nō-
nullis ꝓhibebāt̄. Propter qd̄ turbatus
⁊ cōmotus ab eis expulſus receſſit: ⁊ ce-
lū ⁊ terrā cōtra eos i teſtimōiū iuocauit
Hec īgens diſcipulꝰ vidi ⁊ ſignificatio-
nē eiꝰ mihi, peto oñdi a te o eterna ſapi
entia q̄ ꝯcta noſti myſteria ⁊ oia ſcis oc
culta. Sapiētia. Res mirāda ⁊ ꝯpaſ-
ſione digniſſima. Ecce ego ſum pegri-
nus ille huiꝰ ciuitatis deſtructe quōdaꝫ
īclytꝰ princeps ⁊ ſponſus preclarus. Ciui
tas autem hec quā vidiſti ruinoſam ipſa
eſt mater religio xp̄iana quōdam feruí-
da ⁊ deuota: in qua tot fideles ab initio
naſcētis eccl'ie vnanimit̄ ⁊ ꝯcoꝛditer cū
deuotōe precipua ſanctā ⁊ deo placen-
teꝫ vitam religione plenā duxerūt. Qui
ſpꝛetis omnibus mūdanis in ſolo condi-
toꝛis amoꝛe flagrabāt: q ſanctis medita
tionibus ⁊ oꝛationibꝰ ⁊ bonis opibꝰ ſem-
per intēti ſeipſos ⁊ ꝓximos edificabant
neminē circūuenientes neminē ledētes: ſꝫ
in ſimplicitate ⁊ ſinceritate vitā beatam
ducebāt carneꝫ ſuā cū vitijs ⁊ cō upi-
ſcentijs crucifigebāt exercitia magna ⁊
ꝯſuetudines deuotione plenas habētes
diuerſoꝝ monaſterioꝝ ⁊ ſolitudinuꝫ ac
religionū viri. Uiri vtiqꝫ virtutū foꝛtiſſi-
mi ac ſtrenuiſſimi bellatoꝛes ꝯtra ſpūa-
les nequitias inimici: ſemetipſos quoqꝫ
pꝛo defenſione veritatis ⁊ iuſtitie i moꝛ
tem vſqꝫ tradentes. Tales inq̄ ciues il-
luſtriſſimos ac filios preclariſſimos p̄di-
cta ciuitas ſancta mater feruida religio
parē ⁊ nutrire ⁊ ad ꝑfectū vſqꝫ ꝑducē

ſolebat. Sed ꝓh dolor multis iā in locis
his tꝑibus ac regiōibꝰ p̄dicte ciuitati nō
modicū icidit excidiū ruine. Cuīꝰ nēpe
qbuſdam ac eoꝝ rectoꝛibꝰ negligēter ſe
hn̄tibus tota ſtructura ſpūal' edificij ifir
mata eſt ⁊ ꝯcuſſiōibꝰ vaſtata: vt h̄ modi
cū qd̄ adhuc ſtare putat̄ ꝯtinuis d̄fectio
nibꝰ perire videat̄. Iam .n. pleriſqꝫ eiuſ-
deꝫ ſctē religiōis filij ac ꝓfeſſoꝛes in tan
tam ꝓteruiā ꝯtra ſuos ſupioꝛes ꝓrūpere
auſi ſunt vt pene nullꝰ coꝛreptōi pateat
locus: ſꝫ ſi d̄licto adhibet̄ coꝛreptio pe-
ioꝛ ſciſſura fiat. Armati .n. ſubtilitatibus
phyſicis ac allegatōibus iuris ſuperfluis in
mediū adductis manꝰ coꝛrigentis nequa
q̄ admittūt: ſꝫ ſaltū vltra terminos quos
poſuerūt p̄res eoꝝ faciētes ꝯtētionibꝰ pi
culoſis ſeipſos ⁊ alios iuoluūt. O certuꝫ
īdiciū exterminij huiꝰ edificij ſpūal'. O ve
riſſimū p̄ſagiū future i ꝓximo calamita-
tis. Quādiu putas edificiū h̄ ſpūale pote
rit ſtare ſubmoto lapide anglari ⁊ colū
na ſubmerſa totā ſtructurā ſpūale ꝯſer-
uāte: cū vꝫ ꝓmpta ⁊ huiꝰ obia ꝓiecta fu
erit ⁊ vnuſqſqꝫ h̄ qd̄ ſibi placet vel libet
fecerit: nec qſq̄ dicē audeat q̄re ſic facis
Heu heu vbi eſt obia pauli ſimplicis ⁊
quoꝛūdā ꝓbatiſſimoꝝ diſcipl'oꝝ q anti-
qs p̄ribꝰ impoſſibilia imꝑantibus deuo-
tiſſime obtēperabāt? Sileat nūc loq de
h̄ lingua: ſꝫ deuota gemāt coꝛda vniuer
ſa. Neqꝫ .n. de h̄ loq ꝓderit. ꝓderit aūt
tacuiſſe. Naꝫ hn̄ tacuiſſe in hac mā est
phyloſophatū eſſe. De paupꝑtate aūt vo
lūtaria q̄ nutrix ⁊ fomētū eſt totius reli-
giōis quā qdā ſctōꝝ patrū in ſpōſaꝫ ele
gerāt: qdā etiā dn̄aꝫ ſuā appellabāt: qui
dā ēt pꝛo teſtō ſuis chariſſimis ipſaꝫ le-
gabāt qd dicā? Neqꝫ .n. a pleriſqꝫ iam
vt ſpōſa amat̄ ſꝫ velut agar āncilla ſaray
foꝛas eijcit̄: dū ꝓles ipſiꝰ ꝯtra oēs ⁊ ma
nus oīuꝫ ꝯtra eā eē videant̄. Mille nāqꝫ
qꝫ artes lucrandi q̄runt̄: ⁊ artes ſalutis
opatiue in artes lucratiuas trāſierūt: ita
vt argutiſſima ouicula ſit que vel modi
cum de lana ꝯtra frigoꝛis aſperitatē ſibi

ob venatoꝝ caliditatē ac tōſoꝝ cupidi-
tatē reſeruare poſſit. Et qḋ ſub forma
pecunie reſeruari idecēs iudicaṫ dū in
aliū vſū pietatē qdē pferētes re aūt ve
ra cupiditati deſeruiētes comutaṫ ꝺ eo
quodāmō quaſi idolū fabricaṫ. Nem-
pe pecuniū ad hoc in aliā ſpēm .ſ. libroꝝ
vel parītoꝝ eccleſiaſticoꝝ trāſferūt vt
dū iā hita defecerint quaſi deꝰ nō ſit i
iſrl' deū accarō quē in marſupio repoſi
tū hūt ꝯſulere poſſint. De caſtitate
aūt q̄ vtutū decor ē pſequi nō expedit
niſi tātillū ꝙ ꝓhdolor agni nouelli dū
ſeuas iaꝫ lupas fugiūt ꝛ ad paſtoꝝ ꝓte
ctionē ꝯfugiūt i muſcipl'aꝫ deteriorē ca
dūt: et dū dentes lupinos declinare cu
piūt inſidioſis maſticatiōibꝰ arietū leta
liter vl'nerāṫ aut penitꝰ occūbūt. Spe-
ciē .n. qdē pietatis hūtes vtutē aūt ab-
negātes dū notā ihoneſtatis ex ꝓditio
ne ſolū timēt icurrere: ſtudēt clā'cl'o la-
trocinia aiaꝝ exercere violaſqꝫ celeſtis
ſpōſi violare vel ꝯtrectatiōe inhoneſta
maculare. Hi exēplo quorūdā ſacerdo
tū moſayce legis mittūt fuſcin'laꝫ i ollā
ꝛ de his que deo offere debent rapi-
nā exercēt. Et q: totū ſacrificiū ꝯſume
re nō audēt ſaltē libamina ſacrificiorūꝫ
qual'r ſapiāt ꝓut poſſūt deguſtant.
Porro de charitate q̄ ꝯnexio ē totius
ſpūalis ſtructure qḋ dicā? Exinanita ē
exinanita ē vſqꝫ ad fundamētū i ea.
Omnes .n. que ſua ſūt q̄rūt nō que alio
rū magiſqꝫ nūc locū hꝫ piculoſa de-
tractio ꝙ̄ ſyncera dilectio. Et ſic fr̄nuꝫ
odiū fr̄naꝫ ſupplātauit imo vt veriꝰ di
cā pſtrauit charitatē vt merito excla-
mare libeat cū gemitu ꝛ dolore ꝛ dice-
re. Unuſqſqꝫ a ꝓximo ſuo ſe cuſtodiat ꝛ
in oī fr̄e ſuo nō hēat fiduciā q: oīs fra
ter ſupplātans ſupplātabit: ꝛ oīs aicus
fraudulēter icedet ꝛ vir fr̄eꝫ ſuū deride
bit ꝛ inimici hoīs domeſtici eiꝰ. Sagit-
ta vulnerās ait pph'a lingua eoꝝ dolū
loquuta eſt. In ore ſuo pacē cū aico lo
quiṫ ꝛ occl'te ponet iſidias. Et q: ſe in

uicē mordēt ꝓuocāt: inuidēt lacerāt ei
mendū eſt ne ab inuicē tādeꝫ ꝯſumāṫ
Neqꝫ iſta ꝛ ſil'ia adeo occl'ta ſūt vt nō
ſciāṫ vel vt ꝑ hec tāꝙ̄ abſcōdita in lu
ceꝫ nō ꝓducāṫ: ſꝫ heu in oēꝫ terrā ex
iuit ſonus eoꝝ ꝛ i fines orbis terre ver
ba eoꝝ. Scās aūt cōſuetudies ꝛ pieta-
tis exercitia iuxta antiquoꝝ ſemitas pa
trū ſiqs iā ſuare voluerit deriſiōi pate-
bit. ꝛ iter ceteros notā ſingl'aritatis icur
rēs vtpote diſſil'r alijs viuēs n̄ modicas
iiurias ſuſtinebit: q̄ oīa vigēte adhuc pie
memorie ſcā ac feruida religiōe i ſtatu
erāt bono atqꝫ pfecto. Fuerūt tūc ꝑ
certo aurea tp̄a dies vtiqꝫ ſalutis: q:
a ſupfluis ſibi cauebāt nec adulatiōibꝰ
inſuiebāt ꝑ aliena donatiōe nec ꝯten
tionibꝰ ſeu brigis intēdere pmittebāṫ ſꝫ
opibꝰ vtutū ſciſqꝫ ſtudijs ac medita-
tiōibꝰ tp̄s ſuū occupabāt ꝛ erat illis cor
vnū ꝛ aīa vna in dn̄o in communi viuē
tes ꝛ n̄ ſinguli ſibi ipſis cōquerētes: ꝛ tō
erant viri in omni virtute perfecti. De
predictis autem ſpirſtualibus exercitijs
non remanſit niſi modicum ibi: modi-
cum ibi. Quedam namque antique cō
ſuetudines velut huius ſpiritualis edifi
cij parietes qualeſcunque adhuc ſtare
ꝛ ſurſuꝫ prominere cernūtur: in quibuſ
tamen non tam modernorum deuotuꝫ
perpenditur exercitium ꝙ̄ antiquorum
laudabile ſtudium comendatur. Qḋ
autem vidiſti ibidem multitudinem co
pioſam quorundam animalium que ve
lut monſtra marina in effigie humana
apparebant ipſa ſūt corda ſecularia ſub
habitu religioſo latitantia que honeſta
tem habitus exteriꝰ preferunt interius
autem gratia ꝛ deuotiōe vacui ſunt. Et
dum ſic deformes interius exteriuſque
exiſtunt monſtruoſis vtique animalibꝰ
diſſimiles non ſunt: qui velut aſina ba
laam voce quidem humana reſonan-
tia verba abſtractiua ꝛ ſpiritualia do-
cumenta proferunt ſed concretiue ꝛ
carnaliter viuunt: quia quod verbis ꝛ

habitu p̄dicāt moꝛibus impugnāt. Ex
his ſunt q penetrāt domos curioſe agē
tes ac mulierculas captiuas ducētes: ſp
diſcētes ⁊ nūq̄ ad ſciam veritatis ꝑue-
nientes: ⁊ ꝑ vāitates ⁊ īſanias falſas a coꝛ
de ſuo ⁊ alioꝛū me excludūt. Sȝ ꝙ vidi-
ſti ibi quoſdā in hītu ⁊ foꝛma decenti q
mihi manꝰ p̄buere: ſignificat nūeꝝ ele-
ctoꝝ qui iuſte ⁊ pie iter alios ꝯuerſātes
coꝝ exēplo nō depꝛauātur: ſȝ in medio
natiōis pꝛaue ⁊ ꝑuerſe velut lūinaria lu
cētia in hoc mūdo caligioſo verbo vite
quoſqȝ illumināt ⁊ īflāmāt. Qui lȝ ad-
huc in magno nūero īueniant̄ in oī ſta
tu ⁊ religiōe ac vtriuſqȝ ſexꝰ. ꝯpatiōe tn̄
ceteroꝝ pauci ſūt: qꝛ re vera plures ſunt
q ꝑ latā ⁊ ſpatioſaȝ viā q̄ ducit ad moꝛ-
teȝ igrediūtur q̄ꝫ ꝑ artā viā ⁊ anguſtaȝ
poꝛtā ītrare cōtendūt. Et hi inter alios
ſicut agni iter lupos ſe hn̄tes ſicut liliuȝ
inter ſpīas odoꝛē virtutū reddūt ex tole
rantia aduerſitatum. Hi ſūt quos reſer
uauit dn̄s ſibi: qui nō curuauerūt gēua
ſua corā baal: qui nō fecer̄t curā carnis
in deſiderijs: Qui hn̄t thau ſcriptū ī frō
tibꝰ ſuis: vȝ moꝛtificationeȝ ieſu chꝛiſti
circūferētes in coꝛde ⁊ in coꝛpe ſuo: alio
ruȝ trāſgreſſiōes quas emēdare nequūt
gemūt ac lugēt. Hi ꝑꝑ inūera aduerſa
q̄ emergūt pn̄t dicere cū aplo. Foꝛis pu
gne ītus timoꝛes. Et poſt oīa alia ꝑicl'a
in falſ' frībꝰ ſe hūiſſe ꝯcludere pn̄t. Ta
les nō imerito martyribꝰ ꝯparāt̄: qꝛ ex
ceptis alijs afflictiōibꝰ m̄ltiplicibꝰ quot
trāſgreſſiōes ꝯtra deū vel iuſtiam fieri
viderit q̄ſi tot gladijs itimi doloꝛis trāſ
uerberāt̄: ſȝ nō ad īſpiaȝ ſibi. Ad ipos
nāqȝ ē vox q̄ dicit. Dicite iuſto qm̄ bn̄:
qm̄ fructū adiuētionuȝ ſuaꝝ comedet.
Ue ipio ī malū: qꝛ retributio opū ipiꝰ
fiet ei. Ipi eſuriēt ⁊ vos comedetis: ipi
ſitiēt ⁊ vos bibetis. Et q̄ꝫto ex oī pte dif
ficilioꝛ eoꝝ ē cōgreſſus vtpote cōmilitōi
bus a dextris ⁊ a ſiniſtris eos non adiu
uātibꝰ: ſȝ ꝓh doloꝛ aduerſaȝ ptē fauen
tibꝰ: tāto magis multis p̄deceſſoꝛibꝰ ſu
is q inumeros coadiutoꝛes ſui ꝓpoſiti

hūerūt mercedē maioꝛē ī futuro ſm̄ ſu
uȝ laboꝛeȝ recipiēt. Un̄ ꝙ ī p̄dcā ſili
tudie vidiſti quoſdā q nōnullos ad me
accedere volētes ꝓhibebant: ſignificat
eos qui ceteros bonū ꝓpoſitū hn̄tes ſu
is malis ꝯſilijs vel exēplis depꝛauant: ⁊
ad iſtar phariſeoꝝ ad vitā nō itrāt nec
itroeūtes ſinūt itrare: q ēt dei ſapiētiaȝ
oꝛe ipiſſimo blaſphemabant: ⁊ ceteros
ī xp̄ȝ credētes mōis oībꝰ auertere cupie
bāt ſeductoꝛeȝ eū appellātes. Sic pleri
qȝ nō vigēte cōſcia ſȝ ſtimulāte iuidia:
alios ī gratijs ſe p̄cedētes de bono ope
lapidāt: dū eoꝝ dꝑꝛauare bona opa cō-
raȝ multis nō ceſſāt: ⁊ vbi ſcm̄ in ſe ꝑꝑ
bōitatis euidētiā ꝑuertere nō pn̄t: ſalteȝ
in tātū iuidi detractoꝛes calūniari conā
tur vt ſic qdem eos quos poſitiue eq̄re
nō poterāt ſaltē ꝓuatiue p̄cedāt. Inui-
dia nāqȝ diaboli itrauit ī oꝛbeȝ terraꝝ:
ipm ſequūt̄ qui ſūt ex pte eiꝰ. Baculꝰ
quē poꝛtare ī manu ꝑegrinū me vidiſti
moꝛteȝ quā ī cruce ptuli ſignificat: quā
in ſignū amoꝛis fidelibꝰ p̄fero: vt amo-
rē terrenū deſerāt: ⁊ ſe ī toto ad me coꝛ
de ꝯuertāt. Clamoꝛ queȝ audiſti ſeueri-
tas ē iuſtie mee ſuꝑ hos qui nec timoꝛ̄
nec amoꝛe ꝯpūcti pc̄ā deſerūt: ſȝ in eis
ꝑtinaciter vſqȝ ad moꝛteȝ ꝑſiſtūt. Di-
ſcipulus. Dū hec attēto coꝛde audio ⁊
ita eſſe veraciter cognoſco magis flere
libȝ q̄ꝫ aliqd dicere. Quis.n. nō lugeat?
Quis nō ploꝛet ⁊ īgemiſcat videns vir-
gulta nata ⁊ fructeta in tā ſcō loco ſub-
oꝛta: vidēs ꝓmitiue ciuitatis ſplendidas
delitias ⁊ ſpūales diuitias grē copiā vn
ctiōis ⁊ deuotiōis ⁊ oliuȝ chariſmatū di
uinoꝝ abūdātiā. nūc aūt īopiā tātā: mo
dicū grē malitie plurimū? Quis nō ſuſ-
piret ⁊ ꝓ doloꝛe nō exclamet: heu quō
ſedet ſola ciuitas plena populo? Et illō.
Quō obſcuratū ē aurū: mutatꝰ ē coloꝛ
optimꝰ? Durꝰ valde ē aut irreligioſus q
hec dāna diligenter ꝑpēdit ⁊ nō ex to-
to coꝛde gemit. Et ecce mā hꝰ triſtitie
⁊ fletꝰ auget̄: dū iā totꝰ mūdꝰ in mali-
gno poſitꝰ ꝯſpicit̄: ⁊ hoſtis āntiquꝰ ap ꝓ

ſiquãte ei⁹ termīo tm̄ ꝓualē apd mul-
tos euidēter cognoſcit̄. Sapia. Ni-
hil tibi ad pn̄s de his qui foris ſūt q in
plateis aras edificāt ⁊ carnes ſuillas im
molāt: q i oī colle ſublimi ⁊ ſub omni li
gno frōdoſo ſe ipudice ꝓſternūt: de hu
ius mūdi cultorib⁹ loquor q manifeſta
pcā: adulteria: furta ⁊ ſimilia ꝯmittē nō
verent̄: ſʒ excidiuʒ citatis ſcē defcm vʒ
feruoris pmitiue religionis te cupio ad
cor ponere ⁊ pie deflere: atqʒ ꝓ eius re
ſtauratiōe ac bono ſtatu orōnes ad de-
uʒ fundē lachrymoſas. Siqdeʒ ipa eſt
ciuitas ſupra mōtē pōita lucerna ſup cā
delabrū locata ⁊ ſal ſpiritale ꝑ qd ꝯdiē
di ſūt hoīes terreni: ſpectaculū mundo
angelis ⁊ hoībus. Ei⁹ qppe verbo ⁊ ex
emplo ceteri ꝯſueuerūt roborari illumi-
nari ac ſapia ꝯdiri. Cū hec ciuitas ma-
luʒ exēplum dabit cū ſal iſatuatum fue
rit. ⁊ lumē extictū: heu heu quō tūc ſta
bit̄ i mūdo cū hi qui huic mūdo abre-
nūciauerūt toto niſu mūdana ſeq̄nt̄: cuʒ
hi qui ſpūales dicūt̄ carnalia dſideria
ſectati fuerit: ⁊ ſe iplicabūt negotijs ſe-
cularib⁹? O ſacroſcā mr̄ eccl'ia q̄ta erit
tūc tribulatio tua. Quis ē q ſurgat ⁊ te
neat iudicē iratū? Nā ⁊ in pn̄ti quoqʒ
tpe multi q ipm placare debuerāt: non
minie eū offendūt. Sabbatū eoruʒ odi
uit aīa mea. Amor nāqʒ ipoꝝum ſpūalis
trāſijt in carnalē: ⁊ carnalis icaute pal-
liat̄ ſub ſpē ſpūali: ſicut ʒiʒania ſub tri-
tico ⁊ admixtiōe eius viluit ſicut balſa-
muʒ ſophiſticatū vilib⁹ liquorib⁹. Sa-
crificiū deo offerūt fermētatū. Nā am
bitio vſqʒq̄qʒ icordib⁹ eoruʒ ꝓualuit ⁊
regnat ſupramōm duʒ gl'iaʒ i ꝑlatiōib⁹
q̄rūt tā ſolicite tpalē: ⁊ dū qdā eorū b
iur̄ votuʒ hr̄e nō pn̄t alo moti ſectas i-
troducē nō metuūt: ⁊ multi ꝑuaricato-
res iudaici ppl'i gymnaſiuʒ i hieroſoly-
mis facē q̄rūt: ⁊ ſe ac alios ad inſtituta
gētiū trāſferre ꝯtēdūt: termios trāſgre
diētes quos poſuerūt pr̄es eoꝝ. Re
ferā qd ſilētio trāſire cogitauerā: vt ſit

cū mā triſtitie creſcat ⁊ mā pie ꝯpaſſio
nis ⁊ deuotiōis. Erat in citate pdcā vi
cus qdā pcipu⁹ vn⁹ d pncipaliorib⁹ ce-
teris cōtribulib⁹ ſapiaʒ atqʒ doctrinam
pclariſſime admiſtrās. Multi āt de ſe-
niorib⁹ ppl'i illi⁹ moriētes d medio ſub
leuati ſūt. Fuit pterea ibi qdā hō dei q
ꝓ ſalute loci duʒ aſſidue pcabat̄. Aſpi
tiebat āt i viſu noctis: ⁊ ecce q̄ſi de pte
loci ei⁹dē orētali aries vn⁹ d grege ſur
rexit hn̄s duo cornua ⁊ i capite ſuo co-
ronā ferreā: ⁊ data ē ei ptās vt regna-
ret i pdcō loco: quē ſeq̄bāt̄ q̄ſi. lxx. vul-
pecule vel āpli⁹ adhēntes arieti q̄ ⁊ ipe
ſingulas corōas accipiebāt: qb⁹ multitu
do diuerſoꝝ aīaliū vtriuſqʒ ſexus iūcta
erat: q̄dā ex timore: q̄daʒ ex cupiditate:
nōnulla ex ſimplici quodā aīo multitu-
dinē ſeq̄bāt̄. Igit̄ aries volēs ſibi ſniſ-
qʒ iperiū loci vſurpare circuibat i māu
valida deſeuiēs i oēs q ſibi reſiſtebāt.
Potētes deijciebat: magnates hūilia-
bat: quoſdā exilio dānabat: ⁊ ſcūs eſt ti
mor eoꝝ magn⁹ ſup oēs icolas ⁊ ꝯuica
neos loci ei⁹deʒ. Uidētes. n. ꝑ fas ſiue
ꝑ nefas ꝑeē. nulli obſiſtēti pcebāt oio:
nec ſexui aut etati c⁹cūqʒ exiſterēt me-
riti vel vite. Vn̄ ⁊ pleriqʒ metu victi ei
iūcti ſūt nolētes exterminari d t̄ra. Non-
nulli tū d ppl'o ōi ſlicti ſūt q magis duʒ
q̄ hoīes timētes i tribulationib⁹ maxis
viriliť ⁊ ꝯſtāt̄ ꝑſtiterunt: pati ꝓ pr̄ijs ⁊
dei legib⁹ mori fortiter q̄ ꝑuaricatorū
parere voluntati: per quoꝝ laſciuias ⁊
trāſgreſſiōes loc⁹ idē ſtati in nihilū redi
gi poterat. Licet aūt ⁊ inter hos quoqʒ
eſſent qui in via veritatis non recte am
bularent nec ſemitas iuſtitie ⁊ equita-
tis vt oportet obſeruarent: malis tamen
grauioribus que per aduerſaʒ partē ſub
intrare ceperāt obuiare cupientes ſe eiſ
dem pro poſſe opponebant. Quibus in
adiutorium fuit dux filiorū dei loci eiuſ-
dē ſupprem⁹ gubernator vir vtiqʒ p oia
laudabil' ⁊ magnanim⁹ iuſtieqʒ ʒelator
diūſe. quoqʒ q fug ebāt mala additi ſt̄

ad eos ⁊ facti ſunt eis ad firmamentū.
Igit̄ aries viſus ē cornib⁹ ſuis īpetere
principē ſeu ducē gētis ſue: cūqꝫ modis
qbus poterat deijcere nitebat̄. At vero
dux inuictiſſime ſtabat. Quo viſo aries
cū qbuſdā de ſuis ad principē toti⁹ mul
titudinis ſe tranſtulit: ac ipm̄ cōtra du-
cē populi ſui īterpellabat doloſiſqꝫ ſug
geſtionib⁹: aures eniꝫ inocētes nec frau
dis ↄſcias impulſans principatū ſūpſit
in populo ſuo. Qđ audiēs eccleſia fide-
liū alti⁹ ingemuit ⁊ nōnulli lachrymā
tes vociferabant̄ in celū minimā quidē
curā hn̄tes ꝓ ſe maximā āt pro ſcis dei
legib⁹ pr̄mqꝫ traditionib⁹ quas viola-
ri aperte nō ſine ſcandalo multorū vide
bant: ſupplicātes aurib⁹ diuinis vt ſi fie
ri poſſet cor principis multitudinis ſani-
us informaret. Cūqꝫ duriſſimo famula
tu multi innocenter ꝑmerent̄ clamaue
runt ad dn̄ꝫ ⁊ clamor eoꝝ ꝑuēit ad de
um ⁊ audiuit gemituꝫ eoꝝ deſcēditqꝫ li-
berare eos. Adhuc nāqꝫ īuenta ſūt ope
ra in iſrl̄. Quodā igit̄ tpe in iſula qua
dā ↄuenerūt impij aduerſus filios obie
in manu forti ⁊ multitudine ꝑualida in
virtute ſua cōfidentes. Qđ videntes ex
aduerſo hi qui erant ex parte domini
vehemēter extimuerunt: ⁊ deſperabāt
ſe poſſe euadere. Erat. n. ↄgregatio ma
gna ⁊ fortis ⁊ hi docti ⁊ pati ad ꝑliuꝫ:
pauciſſimi vero ex aduerſo relicti erāt
ſimplices nec armoꝝ ↄſuetudīeꝫ hn̄tes
Unus aūt de his q partē dn̄i adiuua-
bant ceteros timore pterritos ad cōſtā
tiā ↄſtanter aīabat ⁊ ad orōnuꝫ ſuffra-
gia ↄfugere ortabat̄. Et ipe qdē ad lo-
cū orōnis ſe ↄferēs ꝓſtratus ad terraꝫ
h̄ ⁊ his ſimilia in orōne dicebat. Do
minator dn̄e rex celoꝝ ⁊ terre in volun-
tate tua cūcta ſunt poſita ⁊ non ē q poſ
ſit reſiſtere volūtati tue. Tu ſcis q: iſti
venūt ad nos in ſua audacia ⁊ in multi
tudine ↄfidentes volētes regnare ⁊ non
ex te ⁊ prias ac dei leges violare ⁊ nos
mꝰos de terra diſꝑgē cupiūt. Eia do-
mine deus aperi oculos tuos ⁊ vide tri
bulationē nr̄aꝫ ⁊ ſcē ↄgregatiōis tue
⁊ ↄuerte luctū nr̄m in gaudiū. Diſper-
ge illos in virtute tua ⁊ depone eos vt
cognoſcāt te adhuc curā populi tui ge
rere. Unde nūc q: victoria nō ē in mul-
titudine ſꝫ ex tua volūtate ⁊ miſere no
bis vt hāc magnā tribulationē quā pro
peccatis noſtris patimur te adiuuante
vincamus: ⁊ queādmodū p̄res nr̄i ſic ⁊
nos tibi in pace ⁊ tranquilitate ſeruia-
mus. His itaqꝫ geſtis de⁹ q nūq̄ deſe
ruit ſperātes i ſe vocē ſeruoꝝ ad ſe cla
mantiū exaudiuit ⁊ virtutē aduerſario-
ruꝫ eliminauit. Nā in craſtino in eodē
loco in ↄſpectu multitudinis ↄgregate
aries in terrā corruit ⁊ vnū de cornib⁹
ſuis confractuꝫ ē oib⁹ deū laudātibus
Et exinde cepit ptās ei⁹ deficere ac de
creſcere de die in diē. Nā multi intel-
ligētes fraudeꝫ ipſius pnia ducti cepe-
runt ab eo recedere ⁊ pars filioꝝ obie
creſcere cepit atqꝫ ꝓficere adiuuante
dn̄o populū ſuū inimicos āt pacis ꝑſe-
quentē ꝑ oīa benedictus deus Amen.
Diſcipulus. Res ſtupēda piter ⁊ mi-
rāda ꝙ impſcrutabilis abyſſus iudicioꝝ
dei electos ſuos ſic tribulari̅ ꝑmittit nec
tn̄ uſqꝫquaqꝫ deſerit. ſꝫ tā p̄ne liberat
⁊ ꝓtegit. Sꝫ velleꝫ euidenti⁹ noſce my
ſteriū ſimilitudinis hui⁹. Sapientia.
Intelligentib⁹ ſatis dcm̄ eſt tu āt am-
pli⁹ iqrere noli. fructuꝫ tn̄ nō modicū
tu ex his colligere debes: p̄mo vt diſcas
i nulla vnq̄ aduerſitate deſpare: ſꝫ oēꝫ
ſpeꝫ in deo ponere ⁊ orōnis refugia q-
rere in tribulationib⁹ cūctis: nec viā iuſti
tie pp rabiē cuiuſcūqꝫ pſequutōis ſeui-
entis deſerere ⁊ ſup oīa cautelā ⁊ cir-
cunſpectionē debitā negocijs ptractan
dis adhibē. Prelat⁹. n. vel rector frꝫ tu
cū ſcūs ſis lꝫ i minimo gradu diſcas ex
his nō ſtatiꝫ adhibere fidē his q cete-
ros deferre ↄſueuerūt: nec primoꝝ ſug
geſtionib⁹ qbuſcūqꝫ in patrociniū con-
ductis ſp velle agreſcere: nec faciliter ac

cuſationē aduerſus ꝓlatos recipias:q2 ex his diſc iplina oīs ꝓſternit̄ ⁊ peſtilentib⁹ audacia reſiſtēdi ↄfert̄ ac vigoꝛ deſtruit̄ religiōis. Sȝ cāȝ quā neſcis diligētiſſime inq̄ras vel ꝑ te ipȝ vel ꝑ viroſ iuſtos ⁊ prudētes ⁊ deū timentes:⁊ ſic tandē veritate ↄpta cū debito libꝛamīe ſnīaȝ ꝓferas iuſtā. Et ſic ꝓculdubio nō nūq̄ȝ iuenies actoꝛes cāe in cā obnorios eē. Interdū grauamia indebita ſupioꝝ ꝑtēdūt q̄ cenſurā monaſtice diſciplīe effugere cupiūt ⁊ ſe pugiles iuſticie ac d̄fenſoꝛes veritatis ianiter mētiūt̄ q̄ ſe a coꝛrectionib⁹ ꝑlatoꝝ ſuoꝝ eximē volūt ac ceteris ianiter p̄eē ↄcupiſcūt. Sic ſic decet te cāȝ quā ignoꝛas iq̄rere:inuētā plene decernere ⁊ impijs h̄ qd̄ ꝯ iuſtos cogitauerūt reddere ī caput ipoꝝ:vt ſic gladi⁹ eoꝝ intret in coꝛda ipoꝝ ⁊ arcus eoꝝ ↄfrigat̄. Sic in inſidijs ſuis capiunt̄ impij. Sic lapidant̄ duo ſenes pleī iniqua cogitatiōe q̄ ſuſanā in dn̄o ↄfidētē lapidare cupiebāt. Sic pit aman hoſtis ⁊ aduerſari⁹ iudeoꝝ ipiſſim⁹:q̄ ꝑ iniq̄s regi fcās ſuggeſtōes ppl'ȝ dei ꝑire labo rabat. Sic ⁊ ſaul ſupbiſſim⁹ gladio occubuit.q̄ iniuſte pſeq̄ ꝓrimū nō foꝛmidauit. Diſcipl's. O diuȝ piiſſima moderatrix cāꝝ eterna ſapīa q̄ electis tuis ⁊ bōa ⁊ mala ī bonū ↄūtis:h̄ ſolū mihi hūillimo famulo tuo ī hac materia faciendū eſtimo:recurrere.ſ.ad oꝛōnis p̄ſidia coꝛdis deuoto. Igit̄ o pr̄ miſicoꝛdiaꝝ ⁊ de⁹ toti⁹ ↄſolatiōis peto humiliter vt miſearis pplo tuo ⁊ heꝛ̄ditati tue ⁊ da pacē coꝛdiū ⁊ trāq̄llitatē tp̄ꝝ in dieb⁹ nr̄is ſȝ his q̄ oderunt paceȝ miſere ꝑꝑ nomē tuū bn̄dctū. Infunde eis q̄ſo ſpiritū bonū vt ab erroꝛib⁹ ſuis reſipiſcāt ⁊ ad vnitatē ⁊ pacē redeant vt tibi oēs in gremio ſcē mr̄is eccleſie catholice vnanimiter ſuiam⁹ ⁊ ad ciuitatē glo rioſā celeſtiſ p̄rie ꝑuenire valeam⁹.amē.

Qualis ſit diuīa ſpōſa eterna ſapīa:⁊ de qualitate amoꝛis ipi⁹. Ca.vj.

Ualis ē dilect⁹ ex dilecto o pulcherrima mlīeꝝ. Si q̄s ſolutionē verbi hui⁹ audire deſiderat aures nūc p̄beat diuini amoꝛis. Da amātē da ſingulari amoꝛe feruēteȝ ⁊ intelliget q̄ dico. Ex amoꝛe.n.q̄uis loquētē nō amās audiat:q2 nō interno guſtu vim amoꝛis ꝑcipit ſȝ verba tm̄ reſonare audit ebꝛiū po ti⁹ q̄ȝ ſobꝛiuȝ eſtimabit. Et bene quideȝ ebꝛium ſed non a vino in quo eſt luxuria ſȝ ī quo ē ſpūaliū exuberātia gaudioꝝ. Nobis igit̄ tacentib⁹ q̄ a tali amoꝛis ſupefluētia adhuc lōge diſtam⁹ ꝑpe aūt fieri toto coꝛde deſideram⁹ aīmus amoꝛoſus in mediū ꝓcedat mēs ī diuinū affectū ꝓrūpat: dicatq̄ȝ nob̄ modicū qual'r a dilecto ꝑuent⁹ ⁊ q̄uo ad amoꝛē ipſi⁹ tract⁹ ſit vt ſil'r ex hoc pateat qualis ſit ex dilecto dilect⁹. Nec occultet nimiū q2 amoꝛ itenſus ſeip̄m ēt ꝓdere ↄſueuit luit⁹. Uenite inq̄t a'ios amoꝛoſ⁹ ⁊ audite q̄ta fecit dn̄s aie mee Cū me floꝛēs iuuēt⁹ ⁊ recens aius tpꝛ vernali ad pꝛata virētia ⁊ floꝛū diuerſa germina cū ſodalib⁹ coeuis vtriuſque ſex⁹ ad ꝓfruēda deſiderata ſolatia dulciter inuitaret a pleriſq̄ȝ inter diuerſos ludos vox laſciuiēs ꝓſtrepebat. Caput .n.mouētes manib⁹ plaudētes ⁊ velut arietes ouiū exultātes ſalt⁹ quoſdā dabāt:ſicq̄ȝ tripudiādo aiebāt. Exiguū ⁊ cū tedio ē tp̄s vite nr̄e ⁊ nō ē refrigeriū ī fine hoīs ⁊ nō ē q̄ agnit⁹ ſit reuerſus ab inferis:q2 ex nihilo nati ſum⁹ ⁊ poſt h̄ erim⁹ q̄ſi nō fuerim⁹. Uēite ergo ⁊ fruamur bonis q̄ ſūt:et vtamur creatura tāq̄ȝ ī iuuētute celeriter. Uino p̄cioſo ⁊ vnguētis nos repleam⁹ ⁊ nō p̄tereat nos flos tp̄is. Coꝛonem⁹ nos roſiſ añq̄ȝ marceſcāt. Nullu; pꝛatum ſit qd̄ nō ꝑtrāſeat luxuria nr̄a:vbiq̄ȝ reliq̄m⁹ ſigna leticie qm̄ h̄ ē pars nr̄a. Talia ī q̄ȝ ⁊ ſilia dicētes frenū ↄcupiſcētie laxabāt ⁊ floꝛeſ quos poſ'āt ſingli carpebāt Ego āt cū paululū ſubſtitiſſē ī me met ipſo ⁊ quidnam facerem ī animo meo heſitarem:ecce floꝛes humanati quos

vernali amenitate decoꝛos viderã ꝛ recẽ
ter virere cõſpexeram ſubito areſacti d
cidũt ꝛ decoꝛ oĩs perat. Cui⁹ nouitate
viſiõis ſtupefcs ꝛ ĩ me reũſus cepi deie
rare:q₉ nullũ ex floꝛib⁹ caducis vellẽ a⸗
dunare quos tã bꝛeui tpe floꝛere ꝛ exti
plo arere cõſpexerã. Quadã igr̃ die dũ
aĩm⁹ ĩqet⁹ circũquaqꝫ aſpiceret ꝛ velut
hynulus vmbꝛoſũ locũ petẽt ad qeſcẽ⸗
dũ feruoꝛẽ dclinãs meridianũ:ecce e re
giõe ĩ ſũmis excelſiſqꝫ xpticib⁹ apparu⸗
it quaſi flos cãpi cõſpicuus ꝛ ad vidẽdũ
delectabilis oĩbuſqꝫ quos ãtea videraꝫ
floꝛib⁹ icõparabl'r pulchꝛioꝛ apparebat.
Ad quẽ vidẽdũ cũ feſtinaſſẽ:ecce ſubito
mutat⁹ nõ cõpuit ſed quaſi dea totius
pulchꝛitudinis an̄ me ſtetit q̃ velut roſa
rubens ꝛ cãdoꝛe niueo refulgẽs ſole cla
rius rutilabat ꝛ eloqa pulchꝛitudinis da
bat. Hec cũctoꝝ ĩ ſe ſũmã optabilium
ꝑferebat odoꝛe ſuauiſſimo ad modũ pã
there lõge lateqꝫ diffuſo circũquaqꝫ ad
amoꝛẽ ſuũ cũctos trahebat voceqꝫ dul
ciſſima ſic dicebat. Tranſite ad me om
nes q cõcupiſcitis me:ꝛ a generatiõibus
meis adimplemini. Ego mater pulchꝛe
dilectõis ꝛ timoꝛis ꝛ agnitõis ꝛ ſcẽ ſpei.
Quibus auditis ſteti attonitus fixiſqꝫ
oculis ad terrã obmutui. Stupoꝛ.n.cir
cundederat me de tante pulchꝛitudinis
ĩmẽſitate:vt oĩo rñdere nõ poſſeꝫ. Que
clemẽter manũ extendẽs coꝛ meum te⸗
tigit ꝛ ad loquendũ cõfoꝛtauit. Apertiuſ
qꝫ ĩ eã curioſiuſqꝫ ĩtẽdebã : ꝛ hec tacit⁹
ĩ coꝛde meo voluebã. Nõ ẽ ſilis huic ſu
ꝑ terrã ꝛ aſpcũ ꝛ pulchꝛitudine ꝛ ĩ ſenſu
xboꝝ dixiqꝫ inter me. Ecce vere aby ſ⸗
ſus amoꝛis abyſſum nũc repiſti totius
pulchꝛitudinis:q: qd diu queſiſti nunc ĩ
ueiſti : qnimo vltra q̃ cogitare potuiſti
repiſti. Sicqꝫ ad eam cõuerſus coꝛdis ĩ
iubilo dixi clara voce. O pulcherrima to
tius vniuerſitatis oĩum creaturaruꝫ q̃ ex
aio letabũdo cõditoꝛis vniuerſoꝝ ꝓdiſti
e dicito nobis ꝓgeniẽ tuã ꝛ nomẽ tuuꝫ:
vtꝝ ne ſint cõdigna ꝛ ꝯgruẽtia tãte foꝛ⸗
moſitati. Ipſa aũt vultu ſereno ꝛ mican
tibus oculis labijs melliſluis verba de⸗
pꝛomebat q̃ auditũ coꝛpoꝛeum penetrã⸗
tia ad coꝛdis tricliniũ velut ſagitte ignee
ꝑuolauerunt:ꝛ ad animã amoꝛis dulce
dine liquefactam ſic dicebat. Sap.
Quĩ vir deſiderioꝝ tu es iõ theſaurũ
abſconditũ cũctoꝝ deſiderabiliuꝫ pũctũ
ꝛ circũferentiã oĩuꝫ cõcupiſcibiliũ longi
tudinem latitudinem ſublimitatẽ atqꝫ
ꝓfundum vniuerſoꝛum amabilium vel
oſtendere tibi. Impꝛimis ergo rõnem
ꝛ interꝑtatiõeꝫ nõis mei ſcire ſi vis ſapi
entiã eternã appellari a terrigẽis cogno
ſce:qd vtiqꝫ mee ꝯgruit ꝓpꝛie nobilita
ti. Nihil.n.ẽ mẽtib⁹ creatis qd tm̃ ĩ coꝛ
de ꝯditoꝛis cũctoꝝqꝫ ꝑfecte amãtiũ dul
cius poſſit ſapere. Neqꝫ.n.ſonitus tube
aut fiſtule ac cithare ſãbuce ꝛ pſalterij ꝛ
ſimphonie dulciſone ſeu vniuerſoꝝ ge⸗
nera muſicoꝝ:nõ philomene cãtus oiuꝫ
qꝫ auiũ ſuauiſſimus concentus aures iu
ueniles tm̃ demulcẽt :nec terreſtris vn
q̃ melodia vel celeſtis armonia gaudio
rũ vnq̃ amplioꝛẽ ꝑbuere materiã. Sa⸗
poꝛ nominis mei velut botrus cypꝛi in vi
neis engadi:cypꝛi cũ nardo nardi ꝛ croci
fiſtule ꝛ cinnamomi cũ vniuerſis lignis
libani mirre ꝛ aloe cũ oĩbus pꝛimis vn⸗
guẽtis aromatibuſqꝫ ꝑcioſiſſimis. Qua
ſi libanus non inciſus vapoꝛaui habita⸗
tionem meã:ꝛ quaſi balſamũ non mix⸗
tum odoꝛ meus . Et hec quidam de no
minis mei interpꝛetatione. Poꝛro q:
amoꝛ tuus alta petit nec cõqueſtriũ ꝛ pã
nificũ vel vnguentarioꝛum alioꝝqꝫ ſimi
lium ac diſſimilium amoꝛe contentus ĩ⸗
genuitatẽ ac ꝑclaritatem generis mei in
quiris :ad hec qdem rñdere non imme⸗
rito oꝛdo rõnis expoſceret ſi facultas ad
eſſet ꝛ ipoſſibilitas non obſtaret. Sꝫ tã⸗
ta eſt generationis mee pꝛofunditas vt
cũctoꝝ moꝛtalium ĩgenia excedat. Ego
nanqꝫ ſum illa de qua ſcriptuꝫ eſt. Ge
nerationem eius qs enarrabit? Ego ex
oꝛe altiſſimi pꝛodij pꝛimogenita ante

omnem creaturam:⁊ egreſſus me⁹ ſicut a pncipio eternitatis.Ego quaſi fluui⁹ dorix:⁊ ſicut aqduct⁹ exiui de paradiſo.Ab eterno ordinata ſū:⁊ ex antiqs anq̄ terra fieret. Necdū erant abyſſi ⁊ ego iam cōcepta eram. Necduȝ fontes aquaꝝ eruperant: necdū montes graui molle conſtiterant ante oēs colles ego parturiebar. Adhuc terram non fecerat flumina ⁊ cardines orbis terre. Quando preparabat celos aderā:quando certa lege ⁊ giro vallabat abyſſos:quando ethera firmabat ſurſuȝ ⁊ librabat fontes aquarū:qn̄ circūdabat mari terminum ſuū ⁊ legem ponebat aquis ne trāſirent fines ſuos:qn̄ appendebat fundamenta terre:cū eo erā cuncta cōponēs ⁊ delectabar p ſingulos dies ludens coram eo oī tpre.Et delicie mee eſſe cum filijs hoīum.Beatus hō qui audit me ⁊ q vigilat ad fores meas quottidie: ⁊ obſeruat poſtes hoſtij mei.Qui me iuenerit iueniet vitā ⁊ hauriet ſaluteȝ a dño. Si igit̄ dilect⁹ i dilecto ſemp erā manens:ac dilectus ex dilecto ſp manēs in dilecto ab eterno ludens eram. Habes igit̄ q̄ ſim ⁊ vn̄ proceſſi. Porro qd ſim i eſſētia quātū ad plenā cōprehenſionē ab hui⁹ pſcrutatione iubet rō qeſcere: cū nā ordinata nō tēdat ad ipoſſibilia.

Diſcipulus. Dn̄ hec ſummo cū affectu audio:vix meipſum p̄ cordis iubilo capē valeo totuſq; ſpūs meus vehemēter exultat i dño. O qs mihi det te dilectum ſponſū ex dilecto genitore pgenitū: vt inueniam te foris ⁊ deoſculer te ⁊ iā nemo me deſpiciat.Sȝ obſecro te dilecte mi qd cauſe ē q̄ tā crebro rebus corporalibus in amore tuo cōparare cōſueuiſti cū tn̄ ſm v̄ba tua ⁊ ſm ſniam oiuȝ bn̄ philoſophantiū nec corp⁹ ſis nec virtus i corpe?

Sap. Rex altiſſimaꝝ vitates i ſua ſimplicitate acceptas itellect⁹ hūan⁹ capē nō p̄t:⁊ iō necē eſt eas tradē p imagines ⁊ cōſuetas ſimilitudines. Pulchritudo qppe mea tanta ē vt ſi qs magis cruciatib⁹ multis ānis ſe exponeret vt vel ad ictū oculi me i tanto decore cōſpicere poſſet abſq; oī dubio labor p̄mio min⁹ adhuc reſponderet.

Diſcipulus. Ex quo vt aſſeris de ſupceleſtibus ⁊ diuinis reb⁹ aliter loq nō poſſum⁹ niſi p modū reꝝ corpalium liceat ſimplici diſcipulo magiſtro prudentiſſimo verbū ſimplex ppone:cuius declarationeȝ cupio hr̄e. En ſpēs celi ex gloria ſtellaꝝ:atq; venuſtas campi ex multitudine ppendit̄ floꝝ. Sic nōnūq̄ decor iuuenculaꝝ ſeu ſpōſaꝝ terrigenaruȝ ex ornatu attendit̄ veſtimentoꝝ:vnde ⁊ auro tecte gēmis coruſcantibus infuſe ſubtilibus idute v̄tis micantib⁹ redemite pulchre pcedunt. Tu vero qd? Sap.

Prudent̄ pictor vbi ſubiectuȝ deficit accidentia multiplicare conſueuit.⁊ qd maculoſuȝ eē cognouerit rubrica lenire feſtinabit: vt ex ſophiſtica forma ignoretur: q̄ latet āguis i herba. Ridere apparēter cogit qd nec ſenſibile qdem ē:ſic q; oculos humanos decipit duȝ qd deforme ſub tegine ē colifero ſplendore pliniens reddit formoſuȝ:i quo tamē magis artificis q̄ artificiati pconium iure pfert̄. E regione vero ſol radioꝝ ſuorū circūdatus fulgorib⁹ aliena nō eget mēdicata formoſitate:quē i eſſentia ſua luminoſitas tā imenſa iueſtiuit. Sic ſapiētia eterna ſol iuſtitie qnimo ipa cuius pulchritudinē ſol ⁊ luna mirantur:luceȝ habitās inacceſſibilē in ſplēdoribus ſanctoꝝ ante luciferuȝ genitus fulgoribus imenſiſſimis circūdatus aliena forinſecus cōpōne nō eget:q eſt totū quod pulchrū eſt quod ſpecioſuȝ quod decoruȝ. Cui idē eſt eſſe qd pulchrū qd delectabile ē eſſe Omnis nimiꝝ gloria eius ab intus in fimbrijs aureis circūamicta varietate. Amictus nāq; lumine ſicut veſtimento tanta ex omni parte luminoſitatis pulchritudine reſpergitur : vt ſui fulgoris excellentiam oculus humanus ferre non poſſet. Nō enim videbit me

bõ ⁊ viuet. Deniq3 oĩs creature decor
q̄d aliud ē q̄3 q̄dã ſpeculũ in quo ſum
mi opificis relucet magiſterium? Q̄ð ſi
lilij vt aſſeris decorē eiuſq3 indumēti
nitorē miraris q̄d liliorũ auctorē? Si ve
nuſtus aſpectus ac decenter ornata fa-
cies oculis tuis mundanis quõdam ſic
placuit o q̄3 digne pre cunctis ineffabili
ter pulchra ⁊ decora cordis oculis place
bit. Nempe ſi recte inſpexeris ornata
cuncta cũ ſuis ornamentis ipſius ſunt p̄
cenia: qui ſubſtantiaʒ cum qualitate ⁊
ceteris generib9 produxit in eſſe. Pat3
igit̄ q9 ea que vanitatis tempore te tra
here ſolebant: potius ad bonoꝝ oĩum
creatorē trahere debebãt abſq3 eo q̄ð
intrinſecus latet. Diſci9. Et quid ē q̄ð
intrinſecus latet? Sapientia. Simpli
ciſſime eſſentie mee iocundiſſima viſio
ſupſtãtialiſſime deitatis mee pꝺptata frui
tio interminabilis vite tota ſil' ⁊ pfecta
poſſeſſio. In his .n. cunctis agminibus
tanta iocunditas dat̄: tãta gaudioꝝ ge
minat̄ materia: ut pre amoris magnitu
dine ⁊ exultatõis immēſitate mille ãni ſint
ãn oclos eoꝝ tãq̄3 dies heſterna q̄ p̄te-
rijt. Si qdē tota celeſtis frequētia con
tinue cernēs tot mirablia nouaq3 audi
entes cantica oclos in me defixos iugi
ter hñt. Stãt ſuſpēſis vltib9 ⁊ cordib9
amore flagrãtib9 i me itēdũt. Pedes
hñt obliquos quaſi ad iubilãdũ: faciē re
uelatã ad ꝯtēplãdũ. Sicq3 ſurſũ corda
leuãtes ibiãt ore cordis pit̄ i ſupna flu
enta fontis vite. O q̄3 beat9 q huic feli-
ciſſime iocũditati ⁊ iocũdiſſime feſtiui-
tati ineſſe meruerit q choris itererit pu
ellaꝝ celeſtiũ q̄ mecũ choreas ducētes
in celeſtib9 iocũdãt feliciter vbi chorus
ſacrat9 virginũ poſt me canētes curſi-
tant hymnos dulces pſonant. En vni-
cũ amõis v̄bũ de labijs charitatis mee
egreſſũ ad cor amoroſũ oĩu3 ſupat an-
geloꝝ melodias oĩumq3 cytharedoru3
cytharizãtiũ armonias: oĩa deniq3 in-
ſtrumēta muſicalia excedit ⁊ ſimphoni

as. Eia reſpice q̄ſo mentis nũc in iubilo
q̄3 habilis ſim ad amãdũ q̄3 affabilis ad
amplexãdũ ⁊ ad oſclãndũ aĩe ſyncere
q̄3 ſũme delectabilis. O dulce ⁊ p̄cioſiſ
ſimũ oſclm labijs melliſluis affectuoſe
ĩpreſſũ. O q̄3 btã aĩa cui vel in tota vita
ſua ſaltē vnica vice fuerit hoc cõceſſũ.
Q̄ð ſi pp hoc ēt mori ꝯtigerit graue nõ
erit. Sũ deniq3 ſp p̄ſto amanti ad re-
amãdũ pñs i choro: pñs in thoro: pñs i
mēſa: in via: in clauſtro: in foro: ita vt ñ
ſit locus vbi nõ ſit pñs charitas deus
vbiq3 amãti p amorē correſpõdēs. Sin
gulare qppe diuĩa ſapĩa hoc ſibi pprĩũ
inter cunctas vēdicat ſponſas vt ad vo
tũ amantis vbiq3 pñs eē poſſit: cũcta p
ſe emiſſa ſuſpiria deſideria imiſſa: ſcã
ſuitia i pñtiaꝝ nouit. Et pp hoc puide
bã ait qdã amator ſapie dñs in ꝯſpe-
ctu meo ſp. Et iteru3 ppter hoc letatũ
eſt cor meũ ⁊ exultauit lĩgua mea. Rur
ſus tãta ē bonitatis mee p̄rogatiua ſin
gularis vt ſi qs ex ea vel modicã guttaʒ
ad guſtãduʒ ſuſcepit: decetero oĩa hu
iuſmodi oblectamēta tãq̄3 ſtercus repu
tabit. Amor me9 peccatoꝝ ſarcinis one
ratos exonerat: ꝯſciaʒ purificat: mētē
corroborat: pfectis libertatē donat: ⁊ ip
ſos ſuo eť nõ copulat pn°. Quid plura?
Qui me ſibi in ſpõſaʒ accipit meq3 ſup
oĩa diligit viuit cũ trãquillitate: moritur
cum ſecuritate: ⁊ quodãmodo in preſen
ti gaudia incohat ⁊ habebit in futuro q̄
per eterna ſecula durant. Multa dici-
mus ⁊ verbis deficimus: quia eminen-
tiam amoris mei nulla lingua hominũ
vel angelorum ſufficit enarrare. Experi
ri poteſt fari non poteſt. Hec tamē qua
ſi ex abrupto proiecta potius q̄3 dicta
ſunt. Diſcipls. O imenſu3 cordis mei
tripudium. Nunquid non vere iſta eſt
hora ſalutis: hora leticie ſpiritualis: tem
pus viſitationis ⁊ gratie: dies quam fe-
cit dominus in qua melliflui facti ſunt
celi i qua timor trãſijt i amorē ⁊ famili
aritatis tue grata pñtia fiduciã p̄ſtat lo

quendā meliorē ⁊ pleniorē? Aperiā igit̄
os meū ⁊ ſecreta que tanto tempore in
cubiculi cordis mei clauſa tenueraȝ tibi
nūc reſerabo. vulnuſqꝫ amoris dudū in
cluſum detegam in corde languentis.
Tu ſcis (expertiſſimū ⁊ enim alloquor i
arte amādi) q: amor intenſus ſociū non
patit̄: non ſuſtinet pluralitatem. Regna
quippe ⁊ amor ſicut olim audiuimus
ſocios nō bene cōpatiuntur. Nam ⁊ flu
uius magnus in plures diuiſus riuos mi
norat̄. Sic ⁊ amor dum ſocios querit
minuitur ⁊ deficit. O vnice ⁊ ſingularis
cordis mei poſſeſſor: nūc ita ſe habet ad
te cordis mei impetuoſus affect⁹. vt vni
ce te diligens vicem ſibi rependi ſingu-
laris affectet amoris. O q̄ optabile mi-
hi eſſet vt me ex nomine cognoſceres
cognitumqꝫ ſingulariter diligeres. ac di
lectum inter ſpecialiſſimos amicos tibi
ipſi eligeres. O deus meus vtinā oculis
clemētie tue gratioſe me reſpiceres om
niaqꝫ opera mea diligereſ. ⁊ familiariſſi
mum me amicuȝ tibi ac ſeruuȝ faceres.
O q̄ lectus exiſtereȝ ſi h̄ mihi iuxta vo
tum ꝓuenirent. Ego certe creſci diuiti-
as ⁊ oīuȝ hominū delitias me hr̄e eſti-
marem. Nunc auteȝ quod ⁊ cum gemi
tu cordis dico te ſolum ⁊ vnicuȝ diligēs
cōibus amoris legibus cogor cōtempla-
ri. Queſo oēs pij amatores veſtras au
res prebete. mihiqꝫ cōdeſcendite ⁊ inter
me ⁊ dilectum iudicate. Ecce dilectus
meus vnicus theſaurus eſt mihi ⁊ amo
ris ſpeculum ipſuȝ mihi cōſtitui. Facili⁹
poſſent ſaxa molliri: q̄ mens mea ci⁹ ab
amore reuocari. Quod ſi me dimiſerit.
ego eum nō dimittā. Viuit dominus ſi
ſpreuerit. ego fidelis ⁊ ꝯſtans exiſtā ⁊ ve
lut turtur ſolitaria ſedebo quouſqꝫ dile
ctū r̄cupabo. ego nullā r̄cipiā ꝯſolatōeȝ
ad nullū itēdā ꝯſolatorē. q̄nimo oneroſi
erūt mihi. Ipſe ſol⁹ eſt quē q̄ro. ab ipſo
ſolo ꝯſolari potero. Pro ipſo elegit ſu-
ſpēdiū aīa mea: ⁊ mortem oſſa mea. Si
abierit cor meū ſecum trahet. ſi redierit
os meum iubilo replebit. Siue comedā
ſiue bibam ſiue qd̄ unqꝫ aliud faciam
ipſe mihi preſens eſt. Ipſe ē in quē mcē
do: ipſe eſt quē regro. Inſipiēs fact⁹ ſū:
amor me coegit. Ecce dilectuȝ diligere
aīo expectaui quouſqꝫ ſenio frigeſcereȝ
ac virib⁹ fract⁹ deficerem quouſqꝫ dco:
faciei mee aut vultus roſei depiret ⁊ ru
ge faciē operirent: ⁊ ſic exoſus factus ⁊
amori terreno ineptus neceſſitate cogē
te ad ipſum amādum cōfugereȝ q̄ aliaȝ
quā diligerem vel a qua diligi cuperem
nō haberē. Quinimo cū in flore iuuētu-
tis etas adhuc tenera lōgeuitateȝ ānoꝝ
ꝓmittēt ⁊ ſocioꝝ grata cōſortia adeēnt
⁊ nālis cōplexio amoris irridēt multoſqꝫ
rogantes ac retrahentes haberem his
oībus ſpretis violas pulcherrimas mihi
dl'citer arridētes ꝯtēnebā facieqꝫ aduer
ſa cū gēitu aduerſabar let⁹ oīa ꝓieci ⁊ te
mihi mercedē amoris ꝯſtitui: ad amorē
tuū ꝯfugi teqꝫ mihi i dilectū elegi. Nū
qd igit̄ o amor me⁹ gaudiū meū ⁊ dul-
cedo aīe mee ipiuȝ eēt vt me ſinglr̄ dili-
geres ⁊ amori tāto tantillū rn̄deres: nō
qdeȝ pre ꝯctis ſolū diligēdo ſȝ iter ami
cos amorē familiariorē ipendēdo: h̄ ē ꝓ
certo qd̄ me angit ac ſolicitat: q: tot ſūt
corda te ardētiſſima charitate amātia q̄
me i amore ⁊ i omni amoroſa exhibitōe
āncedūt. Heu heu qd ergo erit de me.
Timeo. n. vehemēter cū iter lilia liliorū
amator paſceris: o me miſerū ⁊ redolen
tiā coꝝ odoras: ne forte cardini vel vrti-
ce obliuiſcaris: ⁊ ſic damnū amoris tui
alioꝝ ex amore incurram. Ignoſce dile
cte ꝙ ſic loquor. Hoc eniȝ vt noſti ſibi
vis intenſi amoris vendicat: vt verbis
legem imponere neſciat nullūqꝫ niſi di-
lectum cum dilecto occupatū aduertat.
Valde ſi audeo dicere ſparſus amator
es. En ſexaginta ſunt regine ⁊ octogita
concubine ⁊ adoleſcētularum nō ē nu-
merus. Verūtamen vna eſt colūba tua
perfecta ⁊ imaculata: que ceteroꝝ oīuȝ
ſibi vēdicat principatuȝ. Deniqꝫ in oib⁹

finib⁹ iſrl' querūť adoleſcētule virgines: ⁊ ab iſaac ſola eligiť ⁊ ad regē introduci tur. Sic ad aſſuerū multe itroducte: vna oibus pferť ⁊ ad imperij cōſortiū ſubli/ mať. O vna q̄ vna es ⁊ ħam nō babes q̄ꝫ feliciter creata q̄ꝫ eximie dotata es vt vnicū illū theſaurꝫ ad cordis votū poſſi/ deas. Quis mibi det ſaturari ſaltē d̄ mi cis q̄ cadūt de mēſa reliquiaꝝ tuarum? Sapientia. Ualde in exceſſu mentis ex amore poſit⁹ es qd ⁊ verba affectuo/ ſa ⁊ facies lachrymoſa oñdit. Sed nunc ſi tibi oñderes q̄ te ſingulari amore dili gerē iux̄ omne deſideriuꝫ cordis tui qd facē velles? Diſcipulus. Te milies amplecti vellē ⁊ decies milies affcū gra tulabūdo oſculari cuperē: ⁊ qcqd vn/ q̄ꝫ aduerſi amor ſuſtinē pciperet libens ↄcta ferreꝫ. En aīa mea dñe mi ad ver ba tua tota ſuſpēſa erigiť: ⁊ verbū ↄſola toriū pſtolať. O deſideriū anime mee loq̄re ad cor ħui tui. O pie ↄſolator cur me puocas? Cur animā meā amore lan guidā differēdo affligis? En amor ipa/ tiēs eſt: nec diuti⁹ expectare pōt. Nam deſideria dilata affligūt aīaꝫ. Sapīa. Amor tuus lꝫ intēſus ſit cecutiēs tñ ali/ qualr̄ videť eſſe qui de diuinis ⁊ ſupce/ leſtib⁹ per modū terrenoꝝ faciēdū eſti/ mas: ⁊ iō quaſi p caliginē iudicas. Sic aūt nō eſt. Nimiꝝ dei ſapiētia amor eſt. Unde ſicut eſſentia ſua in cūctis exiſtēs nō partiť vel minor ex ħ in ſingulis red/ diť: ſic nec amor ſuus lꝫ cūcta diligat q̄ fecit minorať. Sic. n. ſingulis intēdit vt a cūctis vacare videať: ⁊ ſic cūctis preſi/ det vt a ſingulis vacare puteť. Nec eſt ſic imaginādum quaſi tu iuuenis amorē meū preueniēs ppterea a me diligi ex iu re velliſ: ſꝫ re vera ecōtrario eſt. Et eniꝫ q̄ te ab eterno dilexi ⁊ te ex noīe noui ⁊ affectu ſingulari preelegi ideo diligis: lꝫ ex ↄſequēti affect⁹ predeſtinationiſ ef/ fectum requirat dilectionis. Unde ſine preiudicio oīum ceteroꝝ amātiuꝫ ħ fir/ miter teneas: me circa te omni tēpore ⁊

hora tā amoroſe eſſe intentū ac ſi cūctiſ poſtpoſitis tibi ſoli vacarē ⁊ amori tuo ſingulr̄ reſpōderē. Diſcipulus. Fide lis ħmo ⁊ omni acceptōe digniſſimus. Nūc aīa mea magnificata ē preoīb⁹ die bus vite mee. Quāobrem vna mecū io cūdeť ſimulqꝫ gaudeat ⁊ ↄgratuleť or/ bis terre ⁊ plenitudo ei⁹ pro dilecti tam pio amore ⁊ tā imēſa ⁊ optabili dilectio ne. Eia dilecte mi auerte oclos tuos a me: q̄ ipſi me aduolare fecerūt. Cui⁹ nā q̄ꝫ cor tā ferreū ſareūqꝫ pect⁹ verba tua ſcintilli fera audire poſſet nō ſubite amo ris tui ignē ↄciperet? Quis deniqꝫ tā fri gidus vel tepidus exiſtit q ſi te i tāto de core corā oclis cordis ſui ſuſtineret ſui/ qꝫ amoris oclos frequēter fixos i te ha beret ⁊ ignitū alloquiū tuū vehementer ſepi⁹ audiret q nō intimi amoris facla in ardeſceret? Sicut enim ſol ad hemiſpe/ riū nr̄m aſcēdens ⁊ circulū meridianuꝫ deſcribēs terrā ſuo adurit calore: ſic col loquiū tuū flāmeuꝫ corda frigida ſuum accēdit in amorē. Omnes ſitiētes venite nūc ad fontē toti⁹ amoris ⁊ ad fructū de ſideratū iocūdiſſime dilectionis. Quare expenditis ⁊ res ⁊ corpus ſimulqꝫ aiam periculo eterno exponitis: ⁊ tñ in vanuꝫ laboratis? Nā in idropica pſiſtitis aridi tate: os aridū ppter ſaporem carneū te/ nuē in eo relictum dentib⁹ veſtris rodi/ tis. O miſeri miſeriam amātis: dum ħ qd queritis iuxta votū nō inuenitis. Cer nite queſo cernite q̄ꝫ bonū ⁊ q̄ꝫ iocundū ſit ſūmuꝫ bonū diligere: ſupremā ſpon ſam adamare. Reddite ergo amatores dulciſſimi ad cor: ⁊ ppēdite q̄ꝫ btūs q re lictis oibus i hāc ↄſentit eiqꝫ ſoli cūcta ħuitia amori debita corde deuoto impē/ dit. Quāta putatis hic ↄſolatōe atqꝫ in/ terne ſuauitatis dulcedine ſibi qdeꝫ ſoli nota ab oculis aūt cūctoꝝ viuentiū ab/ ſcōdita pfrueť? Feliciter pinde o delica/ ta amatrix eterne ſapientie beatiſſima agnes virginū gēma pulcherrima de tā ti ſpōſi pconio iactaſti dicēs. Anulo ſuo

ſubarrauit me ⁊ īmēſis monilibꝰ oꝛna-
uit me. Mel ⁊ lac ex oī oꝛe ſuſcepi. ⁊ ſan
guis eiꝰ oꝛnauit genas meas. Uere fate-
oꝛ dilecte mi ꝙ ſmo tuꝰ dl'ciſſimꝰ igneo
amoꝛe reſpſus expgefecit doꝛmitantem
aīaʒ meā: liqfecit ⁊ refecit triſtē mentē
meā. Illuminauit tenebꝛoſa clauſa reſe-
rauit: ⁊ totū ꝓpoſitū meū ad hoc dedu-
xit: vt totis viſceribꝰ cupiā ⁊ ego dignus
inueniri tua dulciſſima deſpōſatōe. Si-
cut. n. audiuimus ſic expti ſumus: qꝛ nō
ē perſonaꝝ acceptio apud te. Cūctos ad
amoꝛē tui īuitas oēs ſatias ⁊ eis pocula
ſalutis ꝓpinas. Adiuro vos omnes o eter
ne ſapiētie ardentiſſimi amatoꝛes huius
digniſſime ſpōſe feliciſſimi dilectoꝛes: vt
me vr̄is pꝛecibꝰ ad ipſaʒ dignemini ꝓmo
uere. Jam nūc coꝛpus ⁊ aīa qd ſuſtine-
tis? Quare negligitis? Cur tādiu a tam ſa
lutari pꝛopoſito retardatis? Deponamꝰ
veterem homineʒ nouū induamꝰ: ⁊ toꝛ
poꝛem negligentie nos a tantis impediē
tem bonis excutiamus. Ut qd etiam na
ti ſumus. Nos. n. vita viuimus tm̄. Sur
gūt ſimplices: illitterati indocti: ⁊ fecun-
diſſimi amoꝛis plenitudine inebꝛiant: ⁊
nos ſubtilia texentes ac veritatis viā ce-
teris demonſtrantes eoſqʒ ad poculum
interne ſuauitatis inuitātes in ariditate
mentis perduramus. Eya agite cōfres
⁊ ꝯſodales: qꝛ potens eſt deus de lapi-
dibus iſtis igneʒ ꝓcreare diuini amoꝛis.
Quis ſcit ſi ꝯuertat ⁊ ſalutatio glioſa po
ſcētibus ꝓijciatur? Quis ſcit ſi benignā
poſt ſe relinquat benedictionē vt ⁊ nos
miſeri participes amoꝛis ipſiꝰ affecti iter
dilectos ⁊ electos eius ſoꝛtē hr̄e poſſi-
mus? Delectat valde huiꝰ ſpecioſiſſime
memoꝛiā ſpōſe eiuſqʒ ꝑeminētiā digni-
tatiſqʒ ꝑꝛogatiuā recolē ſinglarē: ſicut
muſica in ꝯuiuio vini ⁊ ſicut odoꝛ ſuaui
uʒ vnguētoꝝ. Sūt. n. q ſe aliqd putāt eē
⁊ nihil ſūt: q ſeipos ⁊ īcautos quoſqʒ de
cipiūt. O quotiēs minꝰ cognitū amat: qō
plene cognitū minꝰ curat. Et cuiꝰ pn̄tia
pꝛe amoꝛis vehementia vix expectabat

iam habitū ad libitū ex odij magnitudie
ardētiꝰ eijcit ꝙ̄ nō habitū ꝑſtolaret. Fa
teoꝛ me iſta i diebꝰ vāitatis mee curioſiꝰ
iſpectaſſe: ⁊ vēiſſe h qō i ꝓuerbio dicit.
Qui caruē niſi ñ ſūt oclis vbi viſi. Quo
cūqʒ. n. me ꝯtebar ꝯfectū aliquē amoꝛi
ꝯriātē inēiebā. Nā ſi aderat pulchꝛitu-
do coꝛpis: derat foꝛmoſitas mētis. Sbʒ
delicatū nōnūꝙ̄ moꝝ icōpoſita vl' iepta
quadā ⁊ amoꝛi ꝯria ſtolliditate pcābat:
nūc aqllū naſū vl' ſimū: nc̄ dētes ſtoꝛtos
aut cries abꝛaſos aut ſoꝛdidas veſtes ha
bebat. Qō ſi hec ad votū erant egeſtate
mīta amoꝛi ꝯtraria pꝛemebāt. Quod ſi
opulētia ⁊ pulchꝛitudie floꝛebat: ruſtici-
tas generi ipaʒ odioſaʒ reddebat. Hāc
melancholia: hāc colera ira plena: hanc
fama egyptiaca denigrabat. Ubi vero
hec omnia aderāt ꝯgruēter: ipoſſibilitas
pꝛopꝛia deerat vel malitia hominuʒ vel
detractio līguaꝝ que poculū dulce ama
ritudie quadā pfūdebāt. ⁊ me ab hmōi
amoꝛe refrāgebāt. Animꝰ meꝰ amoꝛē ſpi
rās roſaʒ habere ſpinā ꝯquerebat: ⁊ li-
lia aut violas ruſticoꝝ vſui ac pecoꝛum
paſcuis deſeruire ſicut pꝛincipi attēdie-
batur. Pauonem aurea veſte nitentem
ꝯfoꝛmes habere pedes moleſte ferebāt.
Quid plura? Cūcta ꝑcurrēs ſingula ma
culoſa inueni ac defectuoſa: dixiqʒ ī coꝛ
de meo: ab inqſitōe amoꝛis nūꝙ̄ velle de
ſiſtere donec amatum omni carens de-
fectu ꝯtingeret iuenire. Quid multis mo
rer? Ecce nunc abyſſus abyſſum reperit.
Abyſſus deſiderioꝝ abyſſuʒ itroiuit om
nium gratiaꝝ ac ꝑfectionū. Quid enim?
Ecce tu pulchꝛa es amica mea ſuauis ⁊
dcoꝛa ſicut hirl'm ꝯtuoſa ac generoſa.
In diuitijs ꝯctos ꝑcelli: in glia oēs a. i
cedis. Nō ſolū ſapiēs ſʒ ⁊ ipſa ſapientia
exiſtis n ūc ē ſilistui i amoꝛis facultate ⁊
arte amādi. Nec timoꝛ qdē aut pudoꝛ ſo
licitabit q te diligē ſeu ꝯſpōſar voluerit.
Familiaritas tua nō parit odium vel ꝯtē
ptum: ſed quanto amatoꝛes tui ꝑfectiꝰ
te vident: tanto tibi ꝑ amoꝛem inten. i. s

adherent. Nempe celeſtis artifex totiꝰ ſtature dilecti mei liniamēta ac ſpeciem plene artis ſue circino deſcripſit: omne ſupfluū inde reſecās totiꝰ pulchritudinis formā dereliquit ac in eo ſūmā amoris collocauit. Quis nāqꝫ eſt queſo edicite cuius mentē ꝓprijs oculis oblatā eius pulchritudo aduolare nō fecerit: cuiꝰ auditū eius dulce elloquiū nō inebriauerit cuius cor eius amor vi ſibi nō ſubiecerit? Oia enim ſupeminent elloqo. verborū metro metiri nequeūt. Amātis tñ affcū claudi volūt ⁊ dilectum reficiūt. Et huic oia mea venūdata gratis eiꝰ ꝑpetuo obſequio ſe deputarūt: iurauerūtqꝫ ꝑ viuentē in ſecula ab eiꝰ beneplacito nūq̄ꝫ velle diſcedere. O mi dulcis q̄ꝫ predulcis eſt tua amicitia que me vagā extra me nō repulit. ſed ſe meo amori mercedem deſideratā prebuit. O q̄ꝫ felix affectus mei cibꝰ cuiꝰ guſtus oia ſuauia reddit amara: amaraqꝫ cūcta reddit pre dulcia. Ueniat dilectꝰ meus in hortū ſuū. ibiqꝫ reficiat dulciter quē afficit vehemēter. Ueni dilecte mi. colligamꝰ ſimul roſas de roſario. Pomela quoqꝫ tibi ſoli ſeruata exhibebo. nec ꝓhibebo guſtum oium deſiderabiliū ibi naſcentiū. En video dilectum meū ſtantē cū trecentis iuuenculis totius decore pulchritudinis delicatiſſimis vallatū. ipſi quoqꝫ induti ſubtilibus ⁊ vnuſquiſqꝫ ꝑcinctꝰ zona aurea ad mām̄illas. Coma quoqꝫ cuiuſlibet fulua velut aurū radios ſolares reuerberat. vt viue lucis tricliniū inhabitare videat̄. Ipſe aūt in medio eorū colore roſeo niueo cādore vultus īfuſus relucet: nomen ſuū ⁊ memoriale ſuū in deſiderio anime. O quis mihi det vt ⁊ nomē eiꝰ melliſluū litteris aureis ſup latitudinem cordis mei ſupſcribat̄. qđ ꝑ an oīs remaneat ſignaculo nec vlla vnq̄ꝫ decetero ipſum tollat obliuio? O mi dulciſſima ⁊ feliciſſima ſapientia peto vt me a te nec vita nec mors nec vlla fortune fors ſepararet. ſed permaneat morte fortior amor noſter in euū. Amen.

Qđ diuina ſapiētia amabilis ſit pariter ⁊ terribilis. Capitulum. 7.

a Lio quoqꝫ tpe cum ſol eſſet ſub nubilo qui priꝰ admodū clare refulſerat ⁊ gelu noctis ridentibus floſculis ſilentium impoſuiſſet ꝓcelliſqꝫ tonātibus nauicula in medio maris iactaret̄ fluctibꝰ. timor ⁊ tremor ingt diſcipulus venerūt ſup me ⁊ ꝯtexerūt me tenebre. Sedebā ſolitarius cepiqꝫ recogitare oēs ānos meos ī amaritudie aīe mee. Quodā igit̄ modo ineffabili oculo intellectuali ꝓpoſita fuit viſio illa ꝓphetica ī qua legit̄ ꝙ throni poſiti ſunt ⁊ antiquus dierū ſedit. veſtimentū eius quaſi nix candidum ⁊ capilli capitis eius quaſi lana mūda thronus eiꝰ flāma ignis accenſus. fluuius igneus rapiduſqꝫ egrediebatur a facie eius ⁊ ex ore eiꝰ gladiꝰ ex vtraqꝫ parte accutus ꝓcedebat. Stupefactus igit̄ nimio terrore ꝑcuſſꝰ. ſhorruerūt oēs pilli carnis mee. Omnia nāqꝫ pctā mea ⁊ delicta iuuentutis mee a paruo vſqꝫ ad magnū in cūctis cernentibus corā me apte videbā. Cogentibꝰ autem nūtijs ⁊ feſtinātibꝰ merentē me ac dolentē ante iratū iudicem ꝓduxerunt. Cū vero rex impatoria maieſtate ſedēs faciē elleuaſſet ⁊ ardētibus oculis furorem pectoris īdicaſſet corrui ad terrā vſqꝫ ꝓlapſus caput inualidū ſup brachiū ꝓut potui reclinaui. Cūqꝫ ad horam nimio terrore correptꝰ tacuiſſē. tandē ad meipſū rediēs cū gemitu multo h̄ intra me dicebā. Uhe vhe ābulāti poſt ꝯcupiſcētias cordis ſui. Uhe oibus opātibus iniqtatē: q: ſi cognouiſſent eis futuram paratā penā atqꝫ ſtrictā irati iudicis ſententiā ꝯtra ipſos ꝓferēdam ⁊ quō decreuit hic incipe a ſanctuario ſuo. vtiqꝫ ſibi meliꝰ a pctīs cauerēt: qm potius oēm penā corporalem ſeu tpalem ſuſtinerēt q̄ꝫ oculos huius iudicis offenderēt. Heu dominator dn̄e q̄ꝫ terribilis eſt facies tua nimis. q̄ꝫ ꝓcelloſa ⁊ accutiſſima verba

tua. Totus tremo ad tātam indignatio
nē. O viſio horribilis ⁊ metuēda nimis
⁊ ſūma cū diligētia ꝓcauēda. Rogo et
obnixe te flagito rex oīpotens ꝑ tuā im
menſaꝫ bonitatem tuere me queſo ab
hac viſiōe horrēda. fac mihi hoc in tp̄e
q̄cquid tibi placuerit. Impone leges: ad
iunge tribulatiōes: aduerſitates multi-
plica: infirmitates cētuplica. Quicquid
tibi placuerit libētiſſime ferā: hoc ſoluꝫ
ſupplicās vt a facie furoris tui ꝑcere mi
hi digneris. Siq̄dem tantus eſt mihi ti
mor dn̄i vt ēt cum ſolū leuis ſuſpitio oc
currit q̄d culpis meis exigētibus faciem
tuā pauliſꝑ auertas a me: ⁊ ꝙ te iudicē
meū offenderim: vt oīo quieſcere nō va
leam ſꝫ totus ꝓ dolore ⁊ merore in me
met ip̄o cōtabeſcā. Et quō poſſeꝫ ſuſti-
nere illā terrificā faciem plenā ira ⁊ in-
dignatione? Ve miſeris ⁊ obduratis
peccatorib⁹. Ve infernalib⁹ ⁊ dānatis
aīabus ac ꝑuerſis ſpiritib⁹ qui hāc faci
em furibūdam in ſua terribili diſpōne
abſq̄ꝫ omni ſpe grē viſuri ſūt audituri-
q̄ꝫ illud horrendū tonitruū: ite maledci
in ignē eternū. O maledictuꝫ eternum:
o opprobriū ſempiternum q̄ð nūq̄ꝫ dele
bitur. Quis cogitare ſufficiat diem iſtū
tremendū? Deniq̄ꝫ tāītolerabilis ē pa-
terne faciei tue ad emēdandū nō ad ꝑ-
dendum filios tuos ſeueritas ſtupenda
vt inferno ſimilis eē videat̄. Quis ergo
tuā faciē terribilem omni ſpe ꝓuatā vi-
dere poterit? Suadeo ꝓinde oībus ho
minib⁹ maxie pcc̄orib⁹ ne ſe ſilētio tuo
vſq̄ꝫquaq̄ꝫ ꝯmittāt. Taces eīm ⁊ tercī-
dere pcā diſſimulas. Cū vero arripuerit
iudiciū manus tua reddis vltionē hoſti
bus tuis ⁊ his qui oderūt te retribuis.
Quō queſo o piiſſima bonitas verū eē
poterit te eē amabilē cū ſis tā terribilis
Sapīa. Terribilis q̄dē ſuꝫ pcc̄oribus:
amabilis aūt iuſtis ac me diligentibus.
Ego de⁹ q̄ nō mutor: ſm̄ tn̄ qualitatem
⁊ diuerſitatē me aſpiciētiū diſſilis vide-
or. Electos meos in hoc mūdo timoreꝫ
pariter ⁊ amorem iugiter habere expe-
dit: vt ⁊ timor ſemper animū ſolicitans:
a noxiis retrahat exceſſib⁹: ⁊ amor leti-
ficans erigat ad ſuperna.

De viciſſitudie diuine viſiōis ſiue me
lius viſitatiōis: ⁊ qualiter aīa debet ſe
tunc tenere. Capitulū. viij.

Mantiſſimus dn̄i habitabit ī eo
a cōfidenter: quaſi in thalamo to-
ta die cōmorabitur: ⁊ inter hūe-
ros illius requieſcet. Hec ⁊ his ſimilia
que perfecto amori alludūt verba dum
aure cordis percipio: vehemēter ſuſpiro
cum me tā lōge a fructu deſiderato hu
ius amoris eſſe cognoſco. Nam ſubtra
ctio cōtra votum diligētis quam ſepius
me expertū eē fateor: precipuus mihi vi
detur in amore labor ⁊ dolor. Quātum
eīm quis deletatur dilecti ⁊ gaudet pre
ſentia: tātum de eius abſentia triſtatur
⁊ dolet. Et hec eſt ip̄a inſipida amoris
regula nimiū afflictiua quā in terreno
amore declinare volui: ⁊ nūc ipſaꝫ quo
q̄ꝫ in amore diuino inueni. Hoc ē ergo
quod habeo aduerſuꝫ te mater pulchre
dilectiōis eterna ſapiētia impugnans tu
um amoreꝫ quem nudiuſterti⁹ tantum
extuliſti. Viciſſitudo nāq̄ꝫ predicta non
ſolum in terreno amore: verū etiam in
tuo videtur locū habere. Frequētiſſime
eīm dum mens amātis in thalamo cor
dis quietius te habere putat ⁊ federe ſē
piterno brachiis amoris te ſibi contra-
xiſſe inſeperabiliter eſtimat: ſubito q̄ pu
tabaris adeē neſcio quo aufugis: ⁊ qui
eſtimabaris conſtrict⁹ eſſe longius rece
dis ⁊ nō compares: ſꝫ animā dolore ple
nam poſt te relinquis. Et dū cor amā-
tis poſt te ardet anima te ſitit ⁊ corpus
infirmum langueſcit: te ſolum vnicum
cordis gaudium totis cupiens viſceri-
bus diſſimulas: ⁊ quaſi aſpernando nul
lum das omnino intelligibile reſpōſuꝫ.
Nūquid non impiuꝫ aut crudele eſt ni
mium condeſcendere nolle ei quaꝫ ip̄e
vulneraſti. Sapientia. Magnitudo

⁊ pulchritudo cuiuſlibet creature pote-
rit pro me reſpondere. Diſcipulus.
Nunquid ſufficit hoc anime amoroſe? Lz
eīm tuā potentiam ſapientiā ⁊ bonita-
tem inibi relucere īdubitāter cognoſcat
⁊ te per hoc quaſi ꝑ quoddam veſtigiū
ſūme pulchrū ⁊ bonum eſſe intelligat:
lōge tamē adhuc diſtat a ſuo fine deſi-
derato. Sapiētia. Si hoc non ſuffi
cit: ſaltē de ſacra ſcriptura contenta ſit:
vbi me ſufficienter qui diligēs fuerit po
terit inuenire. Quālibet paginam pro lit
tera amoroſa tanqꝫ in amoris ſolatium
per me ſibi trāſmiſſam ſuſcipiat: q: que
cunqꝫ ſcripta ſunt ad cōſolationem ipi-
us ſcripta ſunt ad ſubleuationez ſpei ⁊
inſtaurationez charitatis. Nōne hec ti
bi videntur argumēta dilectiōis aman
ti ſufficere debere? Diſcipulus. O to
tius magiſter amoris ⁊ dilectiōis quare
ſic loqueris? Nunquid non es verꝰ ama
tor? Nunquid non ⁊ preceptor amoris?
Et vt melius dicam certe amor ipe es.
Igit̄ vere ⁊ indubitāter noſti conditio-
nes cordis amoroſi: ⁊ ideo tā alieno mo
do loqui de amore te nō conuenit. Tu
ſcis o amator eterne ꝙ amāti nimis ꝑ-
uum eſt quicqd hoc eſt quod ſuū ama
tum nō eſt. Nihil eīm amāti ſufficit: ni
ſi ipſum amatuz cuz preſens fuerit. En
factus es in corde meo quaſi ignis eſtu
ans clauſus vſqꝫ in oſſibus meis: ⁊ de-
ficio ferre nō ſuſtinens. O amātiſſimū
amoris obiectum tu cordis mei tam po
tenter poſſides domicillū te in armari
olo cordis mei tam delicatē teneo repo
ſitum ⁊ me totū ſic amor tuus ſua con
ſtrīxit vi: vt etiā ſi lingue hoīum ⁊ an-
gelorū cūctorum te mihi p̄conio ſingu-
lari extollerent ⁊ multa de te narrarent
ſeu ſcripta amoroſa demōſtrarent mini
me proficerēt: qn potius amantis affcm̄
interdū impedire poſſent: implere autē
deſideriuz nq̄ valerent. Sz illuc pergit
tota cordis mei intētio: vt te ſoluz vnicū
cordis mei theſaurum inueniat: ⁊ in te ſo

lo vero bono iugiter quieſcat. Modica
horula abſqꝫ tua feliciſſima p̄ſentia mi
hi āni vnius ſpatiū videtur habere. Un
de pia dulcedo noli queſo īdigno famu
lo tuo eē aliena. Nempe cuz vnica die
te mihi ſolito magis alienū ſentio: mil-
le annorū curricula longūqꝫ platonicuz
annum me cuz tedio multo exulaſſe de
ploro. Tu es eīm paradiſus voluptatis:
tu paradiſus ſupceleſtis: qnimo oī para
diſo optabilior. Nā te iuxta votū hr̄e ē
ꝑfecte beatū eſſe. Nuz igitur ſi pietate
ac clemētia cūctos decet eſſe ornatos q
in ptāte ſunt poſiti: quāto magis decet
maieſtatem tantaz miſeratio magna ⁊
cōpaſſio multa? Quare ergo o benigna
ſapiētia clemēter nō conſideras miſera
illa amoroſa corda que ad te ſurſum re
ſpiciūt profundiſſimos gemitus emittūt
lachrymas effundūt vberrimas clamā-
tes poſt te plena voce: reuertere reuer-
tere dilecte mi vt itueamur te? Redde
nobis letitiā ſalutaris preſentie tue. Flēt
quippe incōſolabiliter timētes ne forte
offenderint faciē deſiderabilem bonita
tis tue. Sedēt ſole ac ſolitarie: qm̄ ama
ritudine replete ſunt: ⁊ in ſecreto cubi-
lis ſui ſecū confabulantur: ⁊ aīo deſide-
ranti ac ſuſpiranti hec vel ſimilia dicūt.
O quādo veniet? Quādo redibit? Pu-
tas videbo? putas oculi cordis mei vide
bunt in quē oculi angelici proſpicere cō
cupiſcūt? Mihi quoqꝫ oīum te amanti
um minimo res hec triſtis nonnunq̄ ac-
cidit: vt duz dilectus meus me inſcio ac
dulci ſopore oppreſſo abijſſet ego flens
dicebam. Heu quo abijt dilectꝰ meus?
Heu vbi requiraz illū? putas ne videbit
ꝙ eum allicitat: affectuūqꝫ eius greſſus
ad me retardet? Heu ꝓh dolor quar̄ nō
vigilaui? Quare nō tenui illū? Mi dlc̄is
oñde te mihi: redde te mihi. Ledit nāqꝫ
nimis tua abñtia: quez letificauit pñtia.
Uiciſſitudo acceſſus ac receſſus me af-
fligit vehemēter. Indica ergo mihi vm
braculū ſub quo cubas refrigerium que

rens ektum deuitās:q: aſcēdit ſol ne ite rum extra me vagari incipiā qui me ī te repereram. Heu q̄diu hac carebo: qua ſola habita cūcta deſiderabilia poſſide- rem. Ad me eā ſupplico mi dilecte de- clinare compellat impet⁹ motus co:dis mei ad te. Hui⁹ nāq̄ʒ motus violentia me metipā ſpoliās ac tibi deferēs ɔcta ioco ſa reddit oneroſa: deniq̄ʒ ⁊ memet ip̄o carēs oneri ſuʒ mihi. Hec pijs ocu- lis intuere. Jam eīm deficio: ampli⁹ fer re nō valeo. Da ergo te vt in te me reci piam: qui me ꝑ te perdidi. O mira ꝟt⁹ amo:is. Ego vere dico quia fo:tis eſt vt mo:s dilectio. Et eīm co: mihi o amo: abſtuliſti ⁊ dilecto dediſti: eiq̄ʒ ip̄m taʒ inſeparabiliter conglutinaſti: vt me certis tēpo:ibus quodāmodo reliquiſſe puteẗ ⁊ iam in dubiuʒ vertatur cuius ſit vtrū ſubiecti qd̄ viuificat vel obiecti qd̄ eſtu feruidiſſimo amat. O co: dic mihi q̄ſo cuius ſis: vtrū ne illius queʒ totis amas viſceribus vel illius cui vitā das? Si me cum es: o q̄parum mecuʒ es: o quotiēs alibi es. Neſcio vbi es ſi nō es cū eo cu ius es. Ego vero nulli te tam libere di- mitterem niſi dilecto: quem pluſq̄ p:o- p:iam vitā diligo. Et q: eum pluſq̄ me diligo: ideo tāto magis mecū es q̄to pl⁹ ei⁹ es cui⁹ ⁊ ego. Nāq̄ʒ nō ſoluʒ te ſibi app:op:ias ſʒ ⁊ me totū quoq̄ʒ ſimul me cuʒ trahe: nec ſibi vēdicas cum effectu. Si ergo eius es imo vero q: eius es: nō mō creatiōe ⁊ redēptione ac ceteris ſilī bus cauſis ſicut ⁊ alie rōnales creature: ſʒ ⁊ eius es quodā ſingulari p:iuilegio: ſcʒ volūtaria ac libera donatiōe. ſiquidē tu es illud iocale quod inchoātib⁹ amo roſe iuuentutis mee tēpo:ibus omnib⁹ mondialib⁹ terreniſq̄ʒ amato:ib⁹ p:iua tuʒ ſibi ꝓ arra amo:is ꝓ iocale dilectio nis ꝓ ſigno charitatis obtuli: ⁊ ip̄m ſui noīs lr̄is ſanguineis cōſignans th:onuʒ eburneuʒ reclinato:iū aureum ac thala muʒ nuptialē ad quieſcēdū in eo ſibi cō ſtituit: igiẗ dic mihi q̄liter recipere vis il lam tuā aīcam ⁊ ſpūalez ſpōſaʒ ēternā ſcʒ ſapiētiam cuʒ redierit ⁊ ad hoſtium co:dis ſtādo ac pulſando petierit ſibi a- periri? Ego inquit non diu tardabo nec dilectā diutius expectare permittā: ſed in occurſuʒ ei⁹ feſtināter occurrā ⁊ b:a chijs deſiderio:ū meoꝝ affectuoſiſſime extentis dilectū voto:ū meoꝝ inter ſalu tationis verba imo amplexu cōſtringā. Et ſicut clauſus ioānes in vtero matris ad p:eſentiam eterni regis tripudiando ſaltauit: ſic ⁊ ego clauſ⁹ ergaſtulo ad tā ti ſponſi p:eſentiaʒ medullitus exultabo eūq̄ʒ in voce exultatiōis talibus verbis de theſauro amo:is aſſumptis ſalutabo dicens. O dilecte mi abyſſus ꝓfundiſſi ma deſiderio:uʒ meo:ū ⁊ virtus medu- larum mearū totaq̄ʒ ſimul congeries vi ſceꝝ meoꝝ te ſalutant ex ītimis ⁊ p̄co:- dialiſſimis aīe affectibus: tibiq̄ʒ deman dant tot ſalutatiōes ac deuota ſeruitia quot in arbo:ib⁹ folia ⁊ in celo fulgēt ſy dera ⁊ quot arene maris circa litto:a. Sicq̄ʒ deuote receptū introducā ad lo cum ꝓp:iuʒ. ſ. co:dis tricliniuʒ ſpūalem thalamū. Sʒ ꝓh dolo: hoc ē qd̄ me aīm ſem gemere cōpellit: viciſſitudo. ſ. acceſ ſus ⁊ receſſus ip̄ius. Hoc nāq̄ʒ valde af fligit aīum meum perfectiſſimo amo:is gradu ſolidatū. Hec ⁊ his ſimilia ītima co:dis ſuſpiria ⁊ amo:is colloq̄a o eter- na ſapiētia audis nec attēdis: ſʒ nec ad- uertere quidem aut curare te ſimulas.

Sapia. Video ſingula ⁊ attento co: dis deſiderio p:oſpitio vniuerſa: ſʒ expe cta paulīſp ⁊ indica mihi verbum quod a te quero. Nunquid non qui multa lo quiẗ ip̄e nō audiet: aut q multa iterro- gat ip̄e nō rn̄debit? Rn̄de ergo ⁊ tu mi hi qd̄ quero. Quid ē hoc q̄ potiſſimaʒ celeſtes ſpūs q̄rē ⁊ itēdē dn̄t ī ſua opēe

Diſcipl's. O oīuʒ p:udētiſſima pōdēa trix ꝟtutū eẗna ſapia quō ſipler ⁊ ip̄it' ad hanc interrogationem reſpōdere po tero? Sed tu ſumma celeſtis diſcipli- ne magiſtra reſponde p:o me obſecr..

Sapientia. Scire igitur debes ꝙ angelici ſpiritꝰ ⁊ viatores perfecti nihil tātum in ſua operatione querūt quantuꝫ conformitatē oīum actionū ſuarum ad meā voluntateꝫ. Meus inqt diuina ſapientia cibꝰ eſt vt faciā voluntateꝫ pr̄is mei qui in celis eſt. Hic ē cibus angelorum ſimulqꝫ perfcōrum viatoruꝫ: vt delectent̄ volūtatem domini ſui adimpleri in ſe ⁊ vniuerſalr̄ in omnibus creaturis. Unde ad opꝰ vile de ſuo genere delectabiliꝰ ferentur: q̄ ad honorificentiꝰ ſi volūtati mee id foret magis acceptū. Diſcipulus. O ſūma ſapiētia q̄ occulta ſuggillatiōe tua nunc reſpōſione imperfectioneꝫ meā percutis. Intendis .n. ni fallo: querulositatē meā modo v̄ba no reprehēdere: defectuꝫ longanimitatis dānare: qui dulcia quero: aſpa quoad poſſuꝫ fugio. Sapiētia. Tanta debet eē abſolutio affectꝰ probati diſcipuli vt nō ſolū corporalibꝰ delectationibus nō ſit alligatus: ſꝫ neqꝫ pro ſpūalibus tm̄ inhiaret: vt eas carius q̄ ſūmuꝫ bonū in ſeipſo acceptū querendo appeteret. Cōſidera ergo teip̄ꝫ quid queras aut quid diligas. Imperfecti eīm quiqꝫ ea que dilecti ſunt nō querūt: aut ei ſua incōmoda declinant ſicut ſerui: vel ſua lucra ſectātur ſicut mercenarij. Uerūtn̄ vt interrogatiōi tue p̄ncipali de viciſſitudine viſitationū mearū que aīam vt dicis affligūt amoroſaꝫ plenius rn̄dā. Scire debes ꝙ iterdū ⁊ frequētiꝰ alijs cauſis p̄termiſſis ipſa aīa huiꝰ ſubtractiōis cā exiſtit dū radio ſolari feneſtra ꝑ opaca quedā precludit̄: vel hoſpiti tāto irreuerētia ab intra exhibet̄: vt ꝑinde exire de dilecta atqꝫ in hoc nō dilecta cogat̄ ip̄e cuiꝰ delitie ſunt eē cū filijs hoīnū. Interdū quoqꝫ adueniēs exultationem tribuo māſioneꝫ faciens apud dilectaꝫ nō māifeſte qdem ſꝫ occulte atqꝫ latenter: ita vt pauciſſimi ⁊ nō niſi expertiſſimi queāt p̄ntie mee myſteria cognoſcere. Diſcipulus. Dn̄e vt video peritiſſimus amator es tu. Oro igit̄ ⁊ deſidero vt mihi aliqua iterſignia tue ſciſſime ac certiſſime p̄ntie oſtēdere digneris. Sapientia. Si preſentiā meaꝫ deſideras cognoſcere temetip̄m qualis ſis in abſētia gratie debes diligēter examinare: ⁊ ſtatim qđ queris inuenies. Summum nāqꝫ bonum cum ſim p̄ntia mea cūcta bonitate adimpleo: ideoqꝫ ſicut cauſa per ſuū effectuꝫ cognoſcitur: ⁊ ſol in ſe inuiſibilis ꝑ radiorū ſuorum repercuſſionem viſibilis efficit̄: ſic ⁊ p̄ntia mea deprehendit̄ per ſuā fecundiſſimā bonitatem. Nūc igitur ſi vnq̄ bonitateꝫ p̄ntie mee vel abſentie ſterilitateꝫ ꝓbaſti ꝓfer in mediū: vt inſtructꝰ inter gramina valeas dignoſcere flores. Diſcipulus. Si cuncta cordis mei mēbra in linguas verterent̄: ⁊ oēs artus hūana voce reſonarent: nō poſſent exprimere nec ꝑfecte enarrare hoc qđ a me queris. Sꝫ vt verum fatear huiꝰ rei cā in amplitudīe mirabiliū dei ſepiſſime ad cor altum exſurrexi: vt exaltaretur deꝰ dicēs in memet ipſo. O ſi talis preſentie dei tam imenſa bonitas eſt in homine peccatore cuius vita minima ⁊ exercitia nulla: quid ergo eſt in alijs vbi vite īnocentia gratiarum ac virtutum copia taꝫ eſt imenſa? Uerūtamen hoc modicum quod expertus ſum prout dederis proferam: vt in eiuſmodi pleniorem habere poſſim directionem premiſſorum. Igitur o ſūma bonitas cū faciem tuam gratioſam bonitate ⁊ ſuauitate plenam a me auertis cum internam conſolationeꝫ ſubtrahis ⁊ lumen in manibus abſcondis: tunc anima miſera ſubito immutatur ⁊ velut languida ⁊ tabeſcens efficitur: laſſitudo ex nde corporis ſubſequitur ⁊ cordis duritia ac ſpiritus triſtitia ſentitur: tedium quoddam virulentuꝫ occupat fines meos: ita vt tedeat aīam meam vite mee: omnia que videntur vel audiuntur etiā ſi bona fuerint nauſeam tunc prouocāt ſpiritualem. Receſſus iterum tuus hor

rorem loci: celle faſtidiũ: fratruʒ pariter mecũ cõmorantiũ aſpernationẽ inducit ꝛ aĩa mea dormitare incipit pre tedio vt interdũ ex puſilanitate ſpũs neſciat vnde veniat aut quo vadat. Experientia inſuper certiſſima pſuaſum hēo me tunc eſſe ad vitia procliuiorẽ ad reſiſtendum tentationibꝰ debilem: ꝛ ad oĩa exercitia ſpũalia minus valentem. Oĩs qui me illo tēpore queſierit vacuã domuʒ inuēit q: bonꝰ paterfamilias oēs domeſticos bñdictione ꝛ hilaritate replēs abſceſſit: ꝛ domiciliũ vacuum dereliquit. At vbi cũ preclarꝰ ille oriens ſplēdor lucis eterne in medio tenebrarꝫ cordis mei exurgens ꝛ procedēs pulchre exoritur: o mutatio dextre excelſi tũc omnis melãcolice cõplexionis nebuloſa cõgeries diſſoluitur ꝛ vox caliginoſa ſicut dies illuminatur triſtibus cũctis ſubmotis. Et ecce cor riſu pfũditur: os iubilo repletur: gaudet aĩa: ſerenatur cõſciētia: plaudēt cum tripudio oĩa oſſa mea deum ſimul laudantia ac dicētia: qm̃ bonus qm̃ i ſeculum miſericordia eiꝰ: ꝛ cantēt in vijs domini: qm̃ magna eſt gloria domini. Tũc incipit volũtas cum gaudio feſtiuare: rō pre exultatiōe ſolēnizare: ita vt tãtis gaudijs ĩfuſis non nũq̃ iuraſſem: q hanc diem luminoſitate tam ĩſignem reſurrectiōis dñice ob preconium orbi terrarum ſtellifer orbis adduxiſſet. Nimirum cũ ĩ me extictum putaueram oriebar vt lucifer: ꝛ habitãtibus in regione vmbre mortis lux orta eſt eis. Tũc oĩa que prius dura ꝛ aſpera ꝛ quodãmodo ĩpoſſibilia videbantur dulcia reddebantur ꝛ leuia: ieiuniũ dulce: vigilie breues: cũctaq3 exercitia parua videbantur pre amoris magnitudine. In ea quoq3 hora gratie ſpũalis vitã emendare: mores corrigere ac multa bona facere ꝑpono: que gratia recedēte heu minie ad effectum perduco. Aĩa repletur claritate ꝛ veritate ac dulcedine tãta pfunditur: vt pene ſeipaʒ ꝛ oĩuʒ ceterorũ obliuiſcat.

Meditationes melliflue ad libitũ cõfluunt: lingua infantilis diſerta efficit: corpus pigrum ad mãdata dei promptum redditur. Et vt breuiter dicaʒ: tanta eſt gratie copia ex omni parte diſtillans: vt omnis qui petit accipiat: ꝛ qui querit inueniat: ꝛ pulſantibus aperiatur. Tunc cũctis viſibilibus altior effectus: omnia tēporalia calcaſſe ꝛ in atrijs celeſtis hieruſaleʒ me ſtare arbitror: ita vt auſpitia quedã ꝛ initia futuri ſeculi quodãmodo incipiã preguſtare. Omnes eĩm affectus in amoris gaudio iũcti in ſola conditoris fruitiōe quieſcũt. Hec inquaʒ, ꝛ his ſimilia in penetralibꝰ cordis gerũtur. Utrũ autem ex me vel ex te peto ĩformari. Sapientia. Perditio tua ex te: ex me tm̃ auxiliũ tuum. Ex te non niſi deficis ꝛ ad nihilum tendis: hec autem ꝛ his ſimilia per pñtiam meaʒ tibi noueris cõceſſa. Nã hic eſt ludus amoris quem in anima amoroſa habere cõſueui. Diſcipulus. Et quid ē ludus amoris? Sapientia. Ludus amoris eſt gaudium ꝛ dolor que ſibi inuiceʒ ex preſentia vel abſentia dilecti ſuccedunt. Hoc propriũ amoris eſſe ſolet: vt quãtus ſit preſente amabili lateat: recedente vero percipiat. Diſcipulus. Hic ludus amoris nō mihi videtur eſſe gaudij ſed meroris. Sʒ obſecro te putas neſi ab hac viciſſitudie viſitationis in hoc tempore aliqui viatores priuilegio ſingulari excipiant? Sapientia. Pauciſſimi. Nimirum tanta in homine diuĩnorum participatio ſtabilitatis. eſt quedam inchoatio eternitatis. Diſcipulus? O qui ſunt illi ꝛ cuius conditionis qui ad tantam conformitatem perueniunt. Sapientia. Hi ſunt qui videlicet puriſſimis affectibus ab infimis abſtracti in longo tam vſu ꝛ exercitio deiformes quodam modo effecti diuinis rebus continue vniuntur: qui per exceſſum mentis perfectiſſime omne medium diuidens deum ꝛ animã tota ala

eritate depoſuerunt. Diſcipľs. Duꝫ
hec audio aliquã do ĩgemiſco:eo ꝙ ta-
libus in vita ⁊ experiẽtia adhuc tam lõ-
ge me eſſe cognoſco. Pꝛoinde qꝛ hec
pfectionis ſũma facultateꝫ meam exce-
dit:volo a te ſcire qualr diſcipulus inex
pertus in hmõi viſitatiõe ſe debeat te-
nere. Sapia. In die bonoꝝ ne im
memoꝛ ſis maloꝝ:⁊ in die maloꝛuꝫ ne
ĩmemoꝛ ſis bonoꝛuꝫ:vt ſic te quidẽ nec
in pſentia gr̃e vltra modũ extollas: nec
in abſentia vltra qδ expedit depꝛimas:
ſꝫ velut ayoth vtraqꝫ manu vtẽ p dex-
tera. Si adhuc es nouella plãtatio ⁊ aſ
ſidua irrigatiõe eges:saltẽ hoc facias vt
hanc viciſſitudinẽ non ĩpatienter feras
ſꝫ faciem meã ſemper inquirere debe-
as diligenter. Diſcipulus. O ſi iſpi
cere velles:ſcires vtiqꝫ qꝛ diuina dilecti
expectatio magna coꝛdis eſt afflictio.
Sapientia. Haud dubiuꝫ hanc rotã
amoꝛis volubilem ſuſtinebit quicunqꝫ
amare voluerit. Nec miruꝫ. Neqꝫ eiꝫ
mundi huius amatoꝛibꝰ ſemper pꝛoſpe
ra:ſꝫ etiaꝫ interdum ſuccedũt aduerſa.
Qδ ſi foꝛte minus expertus es:interroga
quẽpiam ex eis ⁊ dicet tibi:qꝛ laboꝛabit
omnis qui amare voluerit. Sũt quideꝫ
nõnulli amatoꝛes nimium vtiqꝫ molles
qui dum amoꝛi adhoꝛam inſeruiunt ⁊
amatoꝛes ſꝫ ſine laboꝛe eſſe volũt. qui-
bus ſi ſtatim iuxta votũ aura optata nõ
arriſerit:a ceptis cõtinuo deſiſtunt. Et
hi ad fructum amoꝛis minime perueni
unt:eiſqꝫ tãq̄ȝ indignis dicitur. Militie
ſpecies amoꝛ eſt:diſcedite ſegnes. Pꝛo
inde feruidus amatoꝛ vt ad fructũ amo
ris deſideratũ perueniat debet eſſe ſe-
dulus:lõganimis:obſequioſus: nec faci
liter deſiſtere debet etiã ſi mille vicibꝰ
repulſam patitur ſemper exiſtens bone
ſpei cogitans quia laboꝛ impꝛobus om
nia vincit. Quid mollius aqua? Quid
lapide durius? Et hic frequẽti ictu aq̃
cauatur. Et vt rumoꝛes bonos tibi ⁊ ve
ris amatoꝛibus ad audiẽduꝫ delectabi-
les ſubinferam:noueris ꝙ hec diuiniſſi
ma pꝛo qua laboꝛas ſponſa rogari vult
obſeqῗs delectať. Quis vꝫ tã ſubito ⁊ ĩ
rebus caducis obtinet qδ amoꝛi placꝫ?
Roget ꝑide ⁊ poſtulet ac obſecret nec
deſiſtat:⁊ ego ei vere ſtroituꝫ iuxta coꝛ
dis votũ pꝛomitto. Nõ eſt eim iuenta
in oĩbus finibus iſrael que tam faciľ ſit
ad exoꝛãdum:tã pꝛompta ad exaudien
dum:ad reddendũ votum taꝫ pia ſicut
hec tua diuiniſſima ſpõſa. En pꝛe ma-
gnitudĩe amoꝛis ſe cohibere diu nõ va-
let. Nõ poteſt expectare donec rogať
ſꝫ pꝛeoccupat ſe querẽtem ⁊ ſe pꝛioꝛem
eis oſtendit. Stat in foꝛo in medio pla
tearum:in foꝛibꝰ poꝛtarũ dat vocem ſu
am:oẽs alliciens ⁊ ad ſuuꝫ trahens cũ-
ctos amoꝛem. Qui amare me voluerit
omni tẽpoꝛe me ſuã amabileꝫ ſpectare
ſtudeat: ſicut ⁊ ego iugiter meũ amato
reꝫ ſpectare conſueui. Siquidem neſcit
vtruꝫ ab oꝛiente vel ab occidente ſeu a
ſeptẽtriõe aut meridie veniat quaꝫ pꝛe
ſtolať. Ignoꝛat etiã vtruꝫ mane vel me
ridie an galli cantu hoſtiũ pulſet:⁊ ape
riri petat. Nam ſepiꝰ dum animꝰ me
querendo anxiꝰ exiſtit:querendo nõ in
uenit:ſꝫ cum minime putauerit dilectũ
pꝛeſentem habebit. Semper eim cupio
dilectam amoꝛi eſſe paratã:nec eaꝫ de
ſuiſ meritis pluſq̄ȝ de mea dignatiõe vo
lo confidere. Poꝛꝛo nõ ſufficit vna ho
rula tempoꝛis cũ dilecto expendere:ſed
neceſſe eſt ſepius inuocare ⁊ videre: qui
eius occulta ſuſſurria vult intelligere ⁊
pꝛeſentia eius potiri deſiderat pꝛecioſa.
Et vt dulcibus his ſermonibꝰ verba in
crepatoꝛia nõ tamẽ minus amatoꝛia mi
ſceamus arguere valde te opoꝛtet:quia
vere in huiuſmodi exercitijs amoꝛis re-
pꝛehenſibilis es. Cur ꝓh pudoꝛ tu q mi-
litiam amoꝛis aſſumpſiſti:qui hãc nr̃aꝫ
philoſophiam pꝛofeſſus es ⁊ eius dulci
iugo humerũ tuum ſuppoſuiſti:cur inq̄ȝ
vagabũdo coꝛde oculis tremulis ac ĩ ſi-
ne oꝛbis terre rotatis ſtare coꝛaꝫ tanta

ſponſa preſignis: que indefeſſo aſpectu
ſerena ⁊ groſa facie iugiter te ꝓſpectat
nec oculos ſuos a te auertit? Quaȝ vo
cundũ ſingulis quibuſqȝ auditum ꝑbe
re: vt nõ poſſit que diuia ſapientia in te
loquitur audire. O ꝙ turpe ẽ diſcipulo
amoris ſeipm tm̃ obliuiſci: vt ei⁹ nõ ad/
uertat verba interna cui⁹ vbiqȝ circun/
datur preſentia. Merito proinde tãꝙ ab
indigno ſe ſubtrahit: cũ te non in te nec
in ſe ſȝ extra te ⁊ ſe in mũdi ſtrepitu in/
uenit. Hec queſo emẽdare imemento.
Perpende ꝙ indecẽs exiſtat. ſi anima
qcꝙ in exterioꝛib⁹ querat que regnũ di
intra ſe poꝛtat. Regnuȝ quippe dei itra
vos eſt quod ẽ iuſtitia pax ⁊ gaudiuȝ in
ſpiritu ſancto. Amen.

Quare diuina ſapientia ſuos charos in hoc mũdo permittit taȝ multipliciter tribulari. Capitulũ. .ix.

Iuſtus quidẽ tu es ſi diſputeȝ te
cum: verũtamen iuſta loquar ad
te. Quare via impioꝝ proſperat
bene eſt oibus qui preuaricãtur ⁊ iniqȝ
agũt? Plantaſti eos ⁊ radicẽ miſerunt
profitiũt ⁊ faciunt fructũ. Materiã ven
tillatã multifarie ⁊ frequẽter diſcuſſam
ac reuerſatam op⁹ non eẽt reſumere: re
fricatio tribulationũ aduerſitatũ iteratõ
replicationem queruloſaȝ quoqȝ aduer
ſum te rectoꝛ oꝛbis expoſcit. Nũqd eim
vano oſtentationis ſpũ hoſbus ſuadeo?
Deus ſcit. Aut nũquid ꝯ hoiem diſpu/
tatio mea aut ad hoiem ⁊ nõ magis ꝑꝑ
refrigerationẽ ardoꝛis coꝛdis ꝯtriti ⁊ hu
miliati ⁊ a pueritia vſqȝ ad hanc diem
paſſiõibus ⁊ miſerijs vexati? Aut qs nõ
ſimilia vel maioꝛa paſſus cõpati ſciret ſi
cut tu qui ex his que paſſus es cõpaſſio/
nem didiciſti? Sicut .n. cec⁹ nat⁹ de nõ
viſis coloꝛib⁹ iperfecte ſyllogiȝat: ſicqui
nõ eſt paſſus aduerſa tanꝙ inexpertus
minus perfecte de tribulatiõib⁹ iudicat.
Aut quomodo poſſent credere hi quoꝝ
domus ſunt ſecure ⁊ pacate ⁊ nõ eſt ira
dei ſuper eos qui ducũt in bonis dies ſu
os delicate nutriti: in ſolatijs educati: ro
buſti: ſani: felices: dignitatibus honoꝛa/
ti: gradib⁹ ſubleuati: bñ pentati: quoꝛuȝ
viſcera plena ſunt adipe ⁊ oſſa medulis
rigãtur: his q hñt menſas vacuas ⁊ no/
ctes laboꝛioſas: q nocte ⁊ die replentur
doloꝛib⁹: ⁊ iugiter in amaritudie aie ſũt
qb⁹ foris pugne int⁹ timoꝛes. quos nec
ſinis ad ictũ oculi qeſcere: cũ ⁊ nox hũa
ne deputata quieti in inquietudineȝ eis
ꝑꝑ timoꝛes nocturnos cõuertat: honoꝛ
tpalis ab eis tollit ⁊ glĩa mũdi fruſtran/
tur: deſpicabiles inter multos reddunt:
oppꝛobꝛijs ſaturant: tradũtur in pꝛouer
bium ⁊ in exẽplum fiũt: oluniqȝ ꝑſima
vſqȝ adhuc? O ꝙ bene ſapiebat qui hec
eadẽ ſẽtiẽs dicebat. Sũt iuſti qb⁹ mala
ꝓueniũt qſi opa egerit ipioꝝ: ⁊ ſũt ipij q
ita ſecuri ſũt qſi iuſtoꝝ fcã hẽant. Amoꝛ
tu⁹ vĩ eẽ ſicut volum̃ volãs qd guſtatũ
qd i oꝛe ẽ ſicut mel dlce: cõeſtũ ãt ama
ricat facit vẽtrẽ ꝑꝑ laboꝛẽ amoꝛẽ tuum
ꝯcomitãtẽ. Elemẽta ac puerilia amoꝛis
tui ſt tribulatiões ⁊ miſie. Prim⁹ nãqȝ
paſſ⁹ accedẽtiũ ad te ꝑma pagia te legẽ
tiũ: ꝑmũ exeniũ ac iocale te diligẽtiũ ẽ
iſtõ. Fili accedẽs ad ſuitutẽ dei: ſta in ti
moꝛe ⁊ ꝑꝑa aiam tuã ad tẽtatiões. Nõ
dic ad tẽtatiõeȝ vo ad miſiã ⁊ tribula/
tiõeȝ: ita vt ꝯctis dieb⁹ militie tue ſcis in
conflictu ⁊ certamie: vt foꝛtũa tibi raro
aut tãꝙ ad optata arrideat. Nõ ꝺ oib⁹
loquoꝛ. Tu ſcis dñe quos ad hoc op⁹ tã
extrẽuuȝ elegeris. Si ſãitate ac roboꝛe
aut elegãtia gaudẽt coꝛpali mltiplr fla/
gellati ꝯtinuo icipiũt dficere: ⁊ vl exqſitis
caſtigatiõib⁹ vl grauiſſimis ifirmitatib⁹
oppꝛſſi lãgueſcẽ cogũt. Si aux eis ẽ vel
argẽtũ fures veniũt ⁊ furãt: l qd difficil⁹
ẽ aſſcm̃ ei⁹ ab ipis reſcidis. Si poſſeſſio
nes agroꝝ aut vieaꝝ aut oliuaꝝ eis ſũt
cũ alijs ꝓſpa arribit aura b grãdo l plu
uia ꝯſũit. Reſiduũ eruce cõedit locuſta
⁊ reſiduũ locuſte cõedit bꝛuc⁹: ⁊ reſiduũ
bꝛuci cõedit rubigo. Dñe dab eis? Quid
dabis eis? Paṅe artum ⁊ aquã bꝛeueȝ

Hic eſt cibus ille regius qui ſequit̃ ſer-
uos tuos. Si trãſit maria: ventus contra
riatur. Si ꝑ terrã ire diſponit ſi multis
diebus celū terre ſerenitatem conceſſe
rat: ecce cū hic tuus (vt ſic loquar) mi
ſer amator ad lucẽ venit ⁊ ad viam ſe
parauerit conglomerantur nubes ter-
ra imbribus perfundit̃ ⁊ vel pluuia vel
eſtu nimio aut etiam gelu itẽperato ſer
uus ille tuus affligit̃: Mira res pariter
⁊ ſtupenda Nũc mures in occulto non
ſinunt ipſum quieſcere: nunc milui in celo
cum ad lucẽ ꝓdierit aut etiã corui cro-
citantes in ipſum quaſi ſubſanatorie i-
pingunt. ⁊ ſiue taceat ſiue rideat diſpli
cet. Q̃ ſi quis contra eū etiam tacentẽ
nullum verbo aut facto ledentẽ ſe exe-
rerit: omnes cõcurrũt ad maledicendũ:
linguas acuũt ⁊ velut rabidi canes lepuſ
culũ plebẽ inualidam ⁊ ſe omnibus ſub
ſternentem inſequũt̃ lacerant ac diſcer
punt: Sed vt et̃ hec de tua gratia infe-
ram. ecce ipſi dicunt. Diligit deus odiẽ
tes ſe ⁊ odio habet diligentes ſe: illis
bona iſtis mala largitur. Et quod his
maius eſt tu quoque iudex iuſtus par-
tẽ aduerſā ſic te fouere oñdis vel ſimu
las: vt oio taceas: quaſi non ſit tibi cure
de tuoꝝ ſubuerſione ſeruorū. Sic perit
iuſtus ⁊ non ẽ qui recogitet. Et q̃ impi
us preualet aduerſus iuſtũ: ꝑpterea egre
ditur nũc ſicut olim iudiciũ peruerſum.
Nõne ⁊ hoc quaſi ipatienti aio cõque-
rebat̃ ille amabilis ⁊ re ⁊ noĩs interpre-
tatione propheta dñi q̃ dicebat: quare
non reſpicis ſup iniqua agentes ⁊ taces
deuorante impio iuſtiorem ſe? Ecce be
ne agit ⁊ maledicta recipit: tibi ꝓ poſſe
ſeruit ⁊ vitam eius inuidus deſpicit: deri
ſionibus a legis tranſgreſſoribus vrget̃.
Porro a ſe ipſo mille caſtigatiõibus tri-
bulatur. Et quod his maius eſt ecce ſa-
than a facie tua egredit̃. ⁊ ei in omnib⁹
ad q̃ ſe verterit inſidiatur. O cuſtos ho-
minũ o imenſa dei pietas: quõ hec mul
tiformia mala i tuis electis ſuſtinere po
teris? Aut quõ hec ⁊ ſimilia vides ⁊ nõ
adiuuas? Quapropter ⁊ ego nunc i tri-
bulatione ſpiritus mei cõfabulor: tecum
in amaritudine anime mee. Tu enim
ſolus ⁊ laborem ⁊ dolorem conſideras:
⁊ ſcis q̃m non ex animi lenitate ſed ex-
plenitudine amaritudinis aĩe mee ver-
ba hec dolore plena ꝓceſſerũt que ge-
mitibus tantis intercipiuntur: ſed ⁊ la-
chryme decurrentes preoccupant ſtillū
ſcribẽtis. Sapiẽtia. Delicatus mi-
les es q̃ aduerſa tm̃ formidas: ſed nec
dũ q̃dem vſq̃ ad ſanguinẽ reſtitiſti: nec
i valle pugillũ vſq̃ ad mortẽ decerta-
ſti. Nõne vir tu es? Sed ꝓh pudor: ve-
lut rinoceron audaciſſimus es tu tpe ꝓ
ſperitatis. ſed tela araneaꝝ fragilior tẽ-
pore aduerſitatis. Bellator inuictus ad
exercendũ ſe ⁊ ꝓbãdũ tribulatiões ⁊ mi
ſeriam inuenire deſiderat. An nõ bñ glo-
riabat̃ q̃ dicebat libenter gloriabor in i
firmitatibus meis. Nam niſi p̃ceſſerit
pugna: non põt eſſe victoria. Guberna
tor i tempeſtate dignoſcit̃: in acie miles
probatur. Delicata iactatio eſt: cũ peri-
culũ nõ ẽ. Cõflictio i aduerſis probatio ẽ
uirtutis. Diſcipulus. Nũqd ego ſo-
lus hãc ꝯ te moueo q̃rimoniã? Ecce q̃
inumeri tribulatiõibus oppreſſi filr qui
mihi quoq̃ i h̃ cõſentiũt: ita vt ⁊ ſi te ra
tione ſuperare nõ valeo. copioſa multi-
tudine teſtium cõuincamus. Nõne faci
lius eſſet vna hora capite puniri q̃ cun
ctis diebus pp te mortificari. Nec mihi
opponas aut rñdeas q̃ forſitan hec ma
la lõ patimur q̃ peccauimus tibi ⁊ man
datis tuis nõ obediuim⁹. Nũqd. n. nos
ſoli peccatores? Nõne peccatorib⁹ abũ-
dantia ẽ: filijs at̃ tuis deſertio atq̃ iuſti
ꝑmũtur ⁊ impij florent i mundo? Sa
piẽtia. Sicut dilexit me pr̃ ⁊ ego dili
go meos. Nõ eſt diſcipulus ſuper ma-
giſtrū. Si mũdus vos odit: ſcitote q̃
priorem me odio habuit. Conſuetudinis
mee eſt electos quoſque maxime viri-
les animos virtute robuſtos temptatis

nibus ꝓbare. Cũ igit̃ aliqd tibi quaſi i
ſolitũ acciderit: verba multiplicas ⁊ q̃-
rimõias tã ardent̃ exaggeras iuoluens
ſententias ſermonibus iperitis. Reſpi-
ce quis inter electoꝝ numerũ: hi vꝫ q
ſingulariter deo placuerũt i h̃ mũdo trã
ſierũt ſine ꝓbatione? Sufferentiam in
qt iob audiuiſtis: ⁊ finem dñi vidiſtis.
Diſci. Nunc ſi dicere lꝫ habeo qđ
volo. Ecce hoc ē qđ defleo hoc eſt qđ
deploro. ⁊ pp qđ ex intimis ingemiſco
⁊ ſuſpiro. Audi queſo ſmñ tuũ. Ecce ipi
dicunt: nõ ē ſalus ipſi in deo eius vani
ſunt q ſeruiũt deo. Et quare? Rñdet ꝙ
pp cãm hãc p̃fatã: vꝫ iuſtoꝝ tribulatio
nē cõtinuã: ſubiungentes nihilominꝰ ꝙ
ꝓ tanto tã paucos habeas amicos: eo
ꝙ cũ eis huiuſcemodi ludo ludere ſole-
as. Heu me flebilē ⁊ iſelicē. Hoc ē qđ
me ꝓhdolor ⁊ nũc ⁊ p̄dem multotiens
amãtiſſimis lachrymis flere cõpulit ⁊ tri
ſtitia mihi ſup triſtitiã adduxit. dãnum
vꝫ ſpirituale ⁊ fruſtratio laboris mei qᵒ
fruſtra erga ꝓximoꝝ ſalutē deſudaui.
Cum eni pleroſqꝫ cuꝫ maximo labore
ad cõuerſionē ⁊ frugem melioris vite
traxiſſem ⁊ ipſos cũ labore parturiendo
ac dulciter i humeris portando ⁊ lac cõ
ſolatiõis eiſdē teneris ſub ãnis p̃bendo
atqꝫ meipſum totũ i obſequm ipius tri
buẽdo multa aduerſa valde ſuſtinuiſſeꝫ
cũ dies tui cõſueti temptationũ .ſ. ⁊ pro
bationũ eis ſupueniſſent vt p aq̃ ⁊ ignē
trãſeuntes educerent̃ i refrigerium: nõ
nulli abierunt retrorſuꝫ poſt ſathan. d.
Durus eſt hic ſmo: ⁊ quis poterit eum
ſuſtinere? Et illud qđ vulgare ꝓuerbiũ
dr̃. Difficile ē diu eē bonũ. Et ſic te mi
ſeri i dãnũ ſuũ ⁊ i miſeriam meã dereli
quẽtes rurſũ ſe noxijs iplicarũt. Sa-
pientia. Hec queſtio illoꝝ ſolet aios
p̃mouere q paꝝ fidei vel ſcientie poſſi-
dentes merita ſanctoꝝ q̃ nõ in pñti red
dunt̃ ſed repoſita ſunt i futuꝝ arbitran
tur i huiꝰ tẽporal' vite breuitate reſtitui
neſcientes iudicia dei iueſtigabilia ⁊ ꝓ
fundũ diuitiaꝝ ſapientie ⁊ ſcie dei: ⁊ ꝙ
nõ ita videat deus vt hõ. Hõ eni tantũ
pñtia reſpicit. deus ꝟo futura ⁊ eterna co-
gnoſcit. Tu ãt i nr̃a ſpũali philoſophia
aliter iſtitutus conſurge cuncta viſibilia
mente ſupergrediendo. Que eni viden
tur tpalia ſunt que aũt nõ vident̃ eter-
na ſunt. Surge igit̃ de viſcoſa obſceni
tate tpaliũ delectationum: aperi oculos
mẽtales ⁊ vide qd ſis: ⁊ vbi ſis ⁊ quo tẽ
das. Tunc ꝑfecto hoꝝ oium rõneꝫ ha
bere valebis. Tu nãqꝫ es ſpeculũ diui-
nitatis: eo ꝙ i te p̃ncipalius q̃ in ceteris
creaturis dei reluceat imago trinitatis:
eo ꝙ eius in te reſplẽdeat exẽplar eterni
tatis: eo ꝙ iuiolabili incorruptione gau
deas. Et ſicut ego i eſſentia mea ſum i
finitus: ſic deſideriũ aie tue ē velut iter-
minabil' abyſſus: ad cuiꝰ repletionē oia
ſimul gaudia mundi nõ ſufficerent ſicut
nec vna minima gutta occeanũ ſua exi
guitate replere poſſet. Deinde aduertē
debes vbi ſis: q: i valle miſerie: i exilio:
in peregrinatione: vbi bona permixta
mal' cõtiua vertigie reuoluũtur. Riſus
hic dolore miſcet̃: ⁊ extrema gaudij lu
ctus occupat. Hic nãqꝫ mũdus ſuos ab
initio fefellit amatores: dũ eis proſpera
ꝓmiſit ⁊ aduerſa tribuit qđ ſilr̃ ⁊ nunc
quoqꝫ facere nõ deſiſtit. Sed ad plenio
rē oiuꝫ p̃miſſaꝝ pturbationũ amotionē
paululũ nobis ſecedendũ eſt: ⁊ ad fidei
p̃ncipia latius recurrendum.

De cruciatibus infernalibus. Ca. x.

f Actum ē ãt poſt hec ⁊ ecce diſ-
cipulus cepit cogitare dies anti
quos ⁊ annos eternos i mente
habere. Cunqꝫ profunde ſe recoligeret
⁊ a ſenſibilibus ꝓut potuit intellectum
abſtraxiſſet. apparuit i viſione fidei ocu
lis quaſi a longe quedam regio vmbro
ſa ignota ⁊ multum terribilis. Cũqꝫ tre
mefactus qd naꝫ hoc eſſet inquireret
rñſum eſt. Regio hec vt vides diſtin-
cta: locus ē penaꝝ futuraꝝ quē diuerſe
aie poſt egreſſuꝫ a corpore ꝑ diuerſitate

culparū i penā foꝛtiūť:q̄dā ad ipaꝝ pur
gatione:q̄dā xp̄o ad eternā dānationē.
Et ꝓut ſibi tūc demōſtrata fuerūt: hec
āt ⁊ his ſiſis tā hoꝛrēda ⁊ imania fueꝛt
toꝛmētoꝝ gnā:vt hic nulla ſufficeēt ligua
narrare:aut nullus ſēſus moꝛtaliū poſſꝫ
ea plene eſtimare. Cū aūt ad ſe rediſſet
⁊ quaſi ď alio mundo vt ſibi videbať ex
motius viſiōis pñtia vēiſſꝫ:ꝑ nimio ter-
roꝛe ⁊ hoꝛroꝛ velut hō ſemiuiu⁹ aliq̄ꝫdiu
iacēs i ſeipo ꝯtabuit. Quedā aūt ex his
ſolū fidei cōibus oclis ꝯſperit. Reſperit
igiť ⁊ ecce de ꝑdictis locis fetoꝛ itolera
bil' exoꝛiebať:mallei ꝛſonātes audiebāť
tenebꝛe ꝓfūdiſſie denſabāť. ⁊ videbanť
facies demonū hoꝛribiles. Ibi erat plā-
ct⁹ ⁊ gēit⁹ ⁊ alternatiua mala ipſos ſine
pietate diſcerpebāt. Ab aqs nimiū trāſi
bāt ad caloꝛē nimiū. Cōſiderabat iter h̄
eqtatē ⁊ magnitudinē iudicioꝝ dī vt inť
coꝛdis ſe ꝑmctes anguſtias ac ſudoꝛis
guttas q̄ ipm hoꝛroꝛe viſiōis penetraue
rāt adūtebat. qm̄ ꝑ q̄ peccauerat qs ꝑ h̄
⁊ toꝛq̄bať vñ ⁊ illis q i vita ſua iſenſate
⁊ iniuſte vixerāt:ꝑ h̄ q̄ coluerāt toꝛmēta
recipiebāt. Raptoꝛes nāq̧ ⁊ ꝑdones ac
eoꝝ cōplices ⁊ hi q paupes ⁊ aicos dei
dū adhuc viuerēt ſpoliauerant vel ꝑ ex
actōes idebite affixerāt ad patibl'a q̄dā
iſernalia ſupꝛa hūam extimatiōeꝫ pena
lia rapti violēť ſuſpēdebāť ⁊ ibidē toꝛq̄
banť:nec tñ moꝛiebāť ſꝫ idicibilr crucia
banť. Nōnulli ēt q ſub hitu agnino mē
tē occultauerāt leoninā: q velut canes
rabidi ſuos ďi ꝑ maledcā oppꝛobꝛia aut
xba turbatiua moleſtauerāt cōfres ſu-
os iniq̄ ꝑſecutione leſerāt:ibidē a cāib⁹
inferna lib⁹ amariſſimis moꝛſib⁹ coꝛro-
debāť. Ibi ſupbi ſepultura aſini deſ-
pectiue in iferno ſepeliebāť:⁊ tāq̄ꝫ cada
uēa putrida ⁊ ignita ꝓiecti oppꝛobꝛio ſē
piterno qđ nūq̄ꝫ delebiť addicebāť. Et
ꝓ glīa tpali ⁊ mētꝭ elatiōe qua cetēos
iflati ꝑire ābiebāt:tāta penaꝝ molle ac
pōdē ꝑmebāť q̄ꝫtū aliqs ꝑmi poſſꝫ qui
mariaꝫ turrē ſup ſe hērēt. Bibuli xp̄o
⁊ crapuloſi ⁊ q vētri ſuo ſuierant velut
lupi famelici fame icredibili ⁊ ſiti hoꝛri-
bili itolerabilr affligebāť:cupiētes mini
mā guttā aq̄ frigide ꝓ refrigerio ligue
ſue flāmaꝝ icēdio aduſte recipe: ⁊ nē o
ill' dabat. Sꝫ ⁊ demōes teterrimi cū ſi-
tul' ardētib⁹ iuxͣ eos ſtabāt:⁊ potū q̄ndā
ſulphureū plūbo liq̄fcō ſilēꝫ nimio calo
re eſtuātē ꝑ os eoꝝ i vētrē ꝓfuſuꝫ foꝛtiť
ifūdebāt. Luxurioſi quoq̧ ⁊ q i delitijs
carnē ſuā enutrierāt ⁊ i obſtinatiōe ſua
ꝑdurauerāt a ſpētib⁹ deuoꝛabāť:⁊ a bu
fonib⁹ ignitis aculeis vſq̧ ad viſcēa toꝛ
q̄banť. Qui carnali ac terrēo amoꝛi de
diti fuerāt vtriuſq̧ ſex⁹ terrā iſernalē ꝑ
doloꝛe moꝛdebāt:qm̄ eos demōes nimi
uꝫ affligebāt. Naꝫ ſpicula ignea hñtes
⁊ eſtu vehemētiſſimo eos iſequētes vul
neribus ſeuiſſimis repleuerūt. Sꝫ ⁊ ſo-
tias in culpa ſotias hūerūt in pena. Su-
pꝛa modū aūt cupidi ⁊ auari ac q̄ſtuāij
male toꝛq̄banť. Nā in foueis metallis
buliētibus plenis balneabātur: ⁊ exilire
cupiētes abſq̧ miſicoꝛdia reipingeban
tur. Juditium duriſſimū his q pꝛeerant
fiebat:foꝛtioꝛib⁹ aūt foꝛtioꝛ inſtabat cru
tiatio ⁊ potētes ibi potenter toꝛmēta pa
tiebantur. O quis dicere queat q̄ꝫtū ibi
iudices impij:rectoꝛes iniqui:clerici tur-
pis lucri cupidi:monachi laſciui:laicivio
lenti:mulieres pꝛocaces:ſaltatrices am-
bitioſe:⁊ diuerſi quiq̧ chꝛiſtiani penali
tatis habuere: ⁊ q̄ꝫ miſerabiles rugitus
⁊ clamoꝛes lamētabiles dabāt:ita vt ſo
la viſiōis eius afflictio omnē penaꝫ mū
di quodāmodo excedere videreť. Naꝫ
⁊ multitudo vſoꝛuꝫ infernalium ⁊ au-
daces leones ⁊ noui generis aiālia ira
plena ignoteq̧ beſtie vapoꝛem ignituꝫ
ſpirantes:odoꝛem fumi ꝓferētes:⁊ hoꝛ
rendas ab oculis ſcintillas emittentes:
moꝛſu amariſſimo eos dilaniauerunt.
Tandem multi ex his in puteum abyſſi
de quo fumus hoꝛribilis ⁊ fetoꝛ intole-
rabilis exibat pꝛoijciebātur. Aſpect⁹ eo
rum velut ferrum candens in modū fa-

uſillarum exardebat ⁊ a demonibus re-
impingebātur cōmanducantes linguas
ſuas pre dolore ⁊ blaſphemabāt deum
celi pre doloribus ſuis ⁊ vulneribus: qui
non egerūt penitentiam ex operib9 ſuis:
vinculis tenebrarū ⁊ longe noctis com-
pediti: in obſcuro ac tenebroſo obliuiōis
lamento tenebātur. Sonitus deſcēdēs
perturbabat eos: ⁊ perſone triſtes appa
rentes pauorē eis incutiebāt: nec ſyderꝝ
limpide flāme illumiare poterāt noctez
illaz horrendam. Una eim cathena te-
nebrarꝝ omnes ligati erāt. Ois orbis ter
rarū limpido illumiabatur lumine: ſolis
aūt illis ſuppoſita erat grauis nox ima-
go tenebrarꝝ. Ipi aūt ſibi erant grauio-
res tenebris: ⁊ ſum9 tormētorꝝ ſuorū aſ-
cēſurus eſt in ſecula ſeculorꝝ. Poſt hec
vox q̄dam deſuper quaſi tonitruū audi
ebat: que inſultādo ⁊ quaſi exprobrādo
dicebat. Ubi ſunt nūc hi qui ab initio a
dieb9 antiqs mundo huic toto ſeruierūt
deſiderio: q voluptuoſe viuentes varijs
ſe deſiderijs ſubdiderūt? Eia qd proſūt
illis nūc oia: que tanq̄ vmbra velociter
trāſierunt? O q̄ breuis delectatio q̄ taz
longum reſtez poſt ſe trahit eterne mi-
ſerie. O ſtulti ⁊ vecordes: vbi ſunt verba
illa q̄ cum leticia tāta ⁊ cordis tripudio
dicere ſolebatis: venite ⁊ fruamur bōis:
⁊ vtamur creatura tāq̄ in iuuētute cele
riter? Quid iuuāt nunc dulcia vniuerſa:
quib9 tā celeriter perfruiti eſtis? Siqui-
dem nūc econtrario plāgere vobis con
uenit ⁊ plāgendo exclamare ac dicere.
Uhe vhe nobis iam nūc ⁊ in eternum.
Uhe q2 nati ſum9: nec vltra mori vale-
m9. Uhe q2 male torquemur: nec a tor
mētis vnq̄ liberabimur. O quis eſt qui
iſta recogitet ſupplicia: ⁊ hec noſtra ad
cor ponat tormēta? Hec. n. talia ſunt vt
quicqd in mūdo horribile excogitari poſ
ſet his cōpari crudelitate nō valēt. O q̄
felix icoinqnat9 q poſt gaudia hui9 mun
di nō abijt: q nō reſpexit i vātates ⁊ inſa
nias falſas. Nos iſenſati vitā illorꝝ eſtia
bam9 inſaniā: ⁊ finē illorꝝ ſine honore.
Quō cōputati ſūt inter filios dei: ⁊ inter
electos ſors illorꝝ eſt? Ergo errauimus a
via v̄itatis: ⁊ iuſtitie lumē nō lux nobis:
⁊ ſol itelligētie nō eſt ortus nobis. Laſſa
ti ſum9 in via iniqtatis ⁊ pditiōis: ⁊ am-
bulauim9 vias difficiles: viam autē dñi
ignorauim9. Quid nobis pfuit ſupbia:
aut quid diuitiarū iactātia ꝯtulit nobis?
Trāſierunt oia illa tanq̄ vmbra. Tran
ſijt qd tpale fuit: ſz phdolor: nūc remā
ſit qd in eternū manebit. O eternū nun
quā finez habiturū: perpetuū mortis ſup-
plicium. O finis ſine fine: mors grauior
oi morte: ſemp mori ⁊ tamen mori non
poſſe. O mi pr̄ dilecte q in hūc mundū
me genuiſti: o dulcis mater q̄ maternis
vberib9 me lactaſti: o vos oēs amici mei
⁊ ſotij dilecti: valete nunc viſcera mea:
q2 adeſt hora illa ſepatiōis amariſſime
que amarior eſt oi morte. Uale tellus:
valete ſocij quos taz benigno fauore co
lui. En ducimur ad horrēdū z infernale
ſuſpendiū: ad ſuppliciū trahimur metu-
endum: nūq̄ vos de cetero cuz gaudio
viſuri. O lachryme iceſſanter profluite:
oculi plorate: ⁊ oia viſcera mea vlulate
ſup hac infelici ſepatione: que ē a ſūmo
bono a facie illa glorioſa ⁊ iocūda ⁊ cō-
ſortio angelico: necnō illo feliciſſimo ele
ctorū numero: ponēdiq3 ad illam miſe-
ram ⁊ maledictā ac crudelem dānatorꝝ
turbam ſine fine cruciandam. O manu
um comploſus ſonitus: o cordium mul-
torum intimi gemitus: o ſtridor dentiuz
⁊ fremitus ſpirituuz immenſus. O in e-
ternum permanſurus clamor qui ſem-
per durabit ⁊ nunq̄ finem habebit: qui
ſemper renouabitur ⁊ nunquā exaudie
tur. Oculi nunquam aliud videbunt niſi
miſeriaz: aures nihil aliud niſi vhe: vhe
audient atque triſtitiam. O pia corda:
iſtud interminabile ⁊ crudele eternum
reſpicite: lugete ⁊ flete. O mōtes cadite
ſup nos: ⁊ colles operite nos. Quez ſu-
ſtinetis? Quē expectatis? Abſcōdite nos

a facie illa terribili furoris dñi: a vultu
ire glorie dei. Heu heu cur nõ hec ma-
xima futura nobis mala ꝓuenimus: cuꝫ
robur affuit: cũ tempus aderat oportu-
num. Utinã ⁊ de toto illo tẽpore inutili
ter expẽſo ſupeſſet nobis vel vna horula
tante pene in remedium conceſſa. Sꝫ
heu ſententiãte diuine iuſtitia precluſa
eſt nobis ſalutis via: negata miſericor-
dia: ſpes oĩs ablata. O dolores ⁊ miſie
⁊ in eternũ permanſure anguſtie in ter-
ra hac obliuiõis: vbi nullus ordo ſꝫ ſem
piternus horror ĩhabitat. Quid plura?
Nos miſeri ⁊ miſerabiles tãtum affli-
gimur ⁊ dolemus de illo vbe eterno:
vt qualiſcũqꝫ termin⁹ excogitatus dum
modo eẽt finitus: eſſet nobis ſolatioſus
Unde poſito per ĩpoſſibile ꝙ eẽt aliqs
lapis molaris adeo magn⁹ ꝙ vbiqꝫ cir-
cũferentiam celi cõtingeret: ⁊ ꝙ aliqua
auicula minie quantitatis poſt centum
milia annos veniens de lapide predicto
ſolũmodo tantum roſtro ſuo auelleret
quantũ eſt decima pars milij: ⁊ iterum
poſt centum milia annorũ curricula ſi-
cut pri⁹. ſ. vnam particulaꝫ de decem: ⁊
ſic per ſingulas partes: ita ꝙ i decies cẽ
tenis milibus annis non plus diminue-
retꝭ quãtitas lapidis niſi quantũ habet
in magnitudine granum vnius milij: en
ꝓh dolor: nos miſeri multũ eſſem⁹ gra-
ti ꝙ poſt talem ⁊ longam ⁊ plenaꝫ cõ-
ſumptionem toti⁹ lapidis finẽ haberet
ſẽtẽtia noſtre eterne dãnatiõis. Sꝫ heu
hec eadem conſolatio miſeris a diuina
iuſtitia penitus ẽ negata. Hucuſqꝫ mi-
ſerorum verba dãnatorum. Sapien-
tia. Taliter igitur o fili flagellabũtur
qui hic a flagellis filiorum excipiuntur.

Diſcipulus. O iudex tremende ec-
ce nunc anima mea ex hac quoqꝫ viſio
ne terribili ꝯtrita ⁊ proſtrata eſt: ⁊ genua
diſſoluta: vt vix ſubſiſtere poſſim. O de
us meus adiutor meus: o mi deus: auer
te obſecro furorẽ tuũ a me. Abſit a me
huius eterne dãnationis ſentẽtia formi
doloſa. Qđ ſi aduerſa ſuſtinerꝭ me opor
tet fiat voluntas tua hic in me. Huius a
me licentiã pleniſſimam hẽto: nec que
ruloſum diſcipulum decetero me i me
habebis. Hoc ſoluꝫ facias vt me a te ĩ
eternum ſeparari nõ permittas. Amen.

De gaudijs ſupercelestib⁹. Cap. xi.

Xurge gloria mea exurge pſalte
e rium ⁊ cithara: exurgam dilu-
culo. feliciter prorſus. Ecce nũc
pſalterium iocundum adducimus in ci
thara ſuauiter pſalimus dulcia modula
mina damus: vt omni timore quẽ pate
ris proſtrato ac dolore pulſo te ab infe-
ris ad ſuperos cum gaudio excitemus.
Nunc igitur cõſurge conſurge: oculos
mẽtales attolle: alas deſideriorũ excute
⁊ te ad volandũ ſup pẽnas ventorũ di-
ſpone. Leua oculos tuos ad oriẽtẽ: ⁊ re
ſpice q̃ tibi demoſtrantꝭ. Uide terrã ꝓ-
miſſiõis: ĩmortalitatis locũ: celeſtẽ p̃riaꝫ
paradiſuꝫ voluptatis ⁊ regnũ eterne fe-
licitatis. Nimirũ in hoc mundo aduẽa
es ⁊ pegrin⁹: ⁊ ideo tãq̃ peregre ꝯſtitu
to ꝓparãdũ tibi eſt ad charorũ nũerũ
tam copioſuꝫ: q te magno cũ deſiderio
expectãt. i. vt te dulciter recipiẽtes btis
amplexib⁹ ſecũ conſedere faciãt in eter
num. O ſi ſcire poſſes quãto affectu iu
giter tibi exoptãt vt in celeſtib⁹ caſtris
te recipiãt vt adhuc cõſtitut⁹ ad ꝓcel-
las ⁊ turbines mũdi nulla trepidatione
mouearis: ſꝫ robuſt⁹ venator corã dño
exĩs ac belliger miles ſic ſtrenue ac pru
dẽter i ꝯctis agas: vt nllã te moueãt ꝓ-
ſpa: nulla frãgãt diſcrimia ac ꝑterreãt
aduerſa: q̃ ipi taꝫ fortiter tãqꝫ feliciter
ſupauerũt ⁊ nunc recogitãt dies illos ⁊
ãnos afflictiõis ſue i cordis dĩcedie. Et
re vera q̃to hic ꝓ noie ſaluatoris maio
reꝫ ſuſtinueris laborẽ: tãto i eternitate
potiorẽ ꝛcipies retributionẽ. O q̃ta glã
ſublimabitꝭ ⁊ q̃ eximio honore extolle-
tur hic miles: qui a rege tanto de patiẽ
tie triumpho conſtantieqꝫ preconio co
ram patre dilecto in celeſti ſolio ange-

loꝝ vallatus collegio cōmendabit glo-
rioſe. Cū quāta gloria putas fulgebit vi-
ctorie corona cū tāto labore acquſita? So
le clarius ſydere quoq₃ celeſti lipidius
micabunt vulnera livores ⁊ ſtigmata ꝓ
noīe meo hic recepta. Tanta enim tibi
manet nobilis proſapia amicoꝝ fidiſſi-
ma turba innumera: vt ēt alieniſſimus qſ
q₃ ipoꝝ vera dilectione ꝓpinquius tibi
iungat atq₃ ſyncera charitate plus te di
ligat ꝙ̄ quis mater hic ſuū diligat vni-
genitū. Diſcipulus. O princeps celeſtis
curie q̄ſo de hac celeſti pria adhuc plus
digneris diſſerere vt ipſius i me deſide
riū augeat. ⁊ amplior cōferat patientia
i aduerſis. Eia dn̄e mi q̄ſo qualiter eſt
iſta regalis aula diſpoſita vel q ciues ac
citatis tante municipes aut nouerūt ipi
q̄ circa nos agunt vt tua ſonare vba vi
dētur? Sap. Iā nūc eleuare eleuare
cōſurge ⁊ cōcito gradu mecū pge: ⁊ du
cā te ad locū quē deſiderat aīa tua: ibi
q₃ videbis diuinoꝝ mirabiliū ꝓfundiſ-
ſima myſteria. Ecce ſupra octauā ſperā
q̄ longe pluſꝙ̄ centies milies maior eſt
oī terra ē quoddā adhuc altius celū qđ
vocat empireū ob nimiā ſui luminoſi-
tatē ſic dictū. vniforme: imobile: lumino
ſitatis pfecte ⁊ capacitatis imenſe ⁊ hec
ē illa regalis aula curia celeſtis ſpirituū
beatoꝝ. vbi me ſil laudāt aſtra matuti-
na ⁊ iubilant oēs filij dei. Ibi ſedes ce-
leſtes ac throni luminoſi poſiti ſunt de
qbus ille ifelix numerꝰ ſpirituū maligno
rū corruens electoꝝ numero repandus
erit. Vide nunc ciuitatē illā glorioſā ac
ſublimē ex auro ⁊ gemmis rutilantē de
cuiꝰ portis odor nimiū recreatiuus ema
nat. platee eius ꝯſtrate ſunt ex auro pu
riſſimo tāꝙ̄ vitro plucido fundata ē in
ſaphiris. Iaſpidis ꝓpugnacula ibi pni-
teſcunt: ipſa viuis ex lapidibus eſt cōſtru
cta: floribus cōſtrata: margaritis lucenti
bus ornata. O amenitas cūctis admi-
randa. Sed qđ diutius te ꝓtrahā? Tu
ipſemet nūc palā aſpice oculis tuis ⁊ vi
de cāpū latiſſimū decore venuſtiſſimū
ſydereaꝝ manſionū cūctoꝝ gaudioꝝ ge-
neribus adornatū. Eia qualis ē hec ver
nalis amenitas: autūnalis fecunditas: ſe
renitas eſtiualis: iocūditas nuptialis. hic
vallis gaudioſa: viſio amoroſa: hic cele-
ſtes armonie pſonant diē ſigelle itonāt
voces iubiloſe decantant. Hic letabūda
plaudūt agmina: ac letis ſe miſcent blā-
da modulamina choris. Hic choree vir
ginū curſitātes poſt dn̄m: hic vna vox
letantiū ⁊ vnus ardor cordiū: delectabi-
liū copia: optabiliū affluentia. Hic nulla
adſunt triſtia: ſed leta vniuerſa. hic gau
diorum nouitas ⁊ eterna ſecuritas. Eia
gaudia. Nūc eoꝝ dulci guſtu totus in
amorē celeſtē reſolutus circūfer oculos
tuos ⁊ cōtemplare multitudinē hanc in
numerā. ⁊ aīaduerte qualiter de fonta-
li principio ore ſitibundo bibentes iebri-
ant: qualiter ſpeculū illud diuiniſſimū
i quo oīa relucent intuendo iocūdantur
Mirant nec deficiunt: fruunt nec faſti
diunt quo frui magis ſitiunt. Adhuc ꝓ
pius accedēs aſculta qualiter regina vir
ginum quā ſūmo venerarīs affectu pri-
uilegio ſingularis honoris ⁊ glorie tran
ſcendit culmē ordinū inira ꝑ teneritudi
ne ſuper dilectū inter aureolas aroma-
tū circundata floribus roſaꝝ ⁊ lilijs cō-
ualiū. Cerne quō eius eximia pulchritu-
do iocunditatē tribuit. ⁊ cūctos i admi-
ratione ſuſpendit. Nūc quoq₃ occurrat
aſpectus delitioſus diu ex intimis viſce-
ribus deſideratus. Vide quō mater cle-
mentie ⁊ pietatis mater' miſerationum
dn̄i illos ſuos miſericordes oculos tam
clementer ad te ⁊ cūctos peccatores re-
tortos habet: ⁊ imperioſe ⁊ potenter oī
bus imperat miſeros defendit ⁊ reos re
cōciliat. Poſt hec intelligentie oculos
ad angelicam naturam conuertens vide
qualiter ſupremi angeli de ordine ſera-
phin ⁊ anime eiuſdē chori diuino amo-
re fragrantes feruide ⁊ indeclinabiliter
ſurſum velut ardens flāma i deum mo

uentur qualiter ordo cherubin plenitu-
dinem diuini luminis ſuſcipientes copio
ſe i alios diffundunt. throni ⁊ coꝝ com
plices ſuauiter i deo ⁊ deus i eis requi-
eſcit. ¶Poſtea qualiter hierarchia illu-
minat̃ a prima ⁊ quō determinatur ad
actus particulares. At reſpice dilecte mi
q̃ pulcherrime ⁊ nobiliſſime hec tam i
numera multitudo ordinata ē: ⁊ q̃ta me
ritoꝝ diuerſitate diſtincta. O mira gau
dia ⁊ aſpectus miri decoris eximieq; de
lectationis. Adhuc cõuerſus vide quali-
ter ſancti apoſtoli ⁊ amici mei p̃cipui cũ
quanto amore ſũmo honore i iudiciaria
reſident poteſtate. ⁊ qualiter martyres
rutilant roſeo colore: cõfeſſores radiãt
igneo lare fulgore: virgineſq; emicãt ni
ueo candore: tota deni q; celeſtis freq̃
tia quomodo diuina affluit dulcedine
repletur iocunditate. hic celeſtia agmi-
na ſimul iũcta cũ ieffabili ducẽtes cho
ros leticia corã throno ſua depromunt
modulamina. Egrediens fluminis ipe-
tus mentes ipſoꝝ iebriat voluptate ora
replet. O q̃ felix ciuitas vbi iugis ſo-
lennitas. ⁊ q̃ iocunda curia que cure
prorſus neſcia. Beati ꝑinde ⁊ felices q
ad tãtum conuiuium ſunt inuitati: q ta-
li cõſortio electione diuina intereſſe me-
ruerũt Sane in hãc celeſtẽ patriam re-
gionẽ glorioſam fidelis ſponſa ſine fine
regnatura feliciter ꝑducet̃ corpore tan-
dẽ reſtiẽda glorioſo. coronã habebit i ca
pite aureã ⁊ deſuꝑ coronã aureolam.
Diſcipulus. Dic q̃ſo pia dulcedo qd
ſit corona aurea: quidue corona aureola
Sapiẽtia. ¶Per coronam auream pre
miũ itellige eſſentiale: per aureolam ve-
ro accipe accidentale. Accidentale pre-
miũ eſt quoddã gaudium de operibus
a ſe factis que habẽt rõem victorie ex-
cellentis: veluti martyrum triumphus
glorioſus. doctoꝝ etiã ac virginũ de de
monio ſeu de carne ꝓpria ⁊ mundo ex-
cellens triumphus. ¶Premiũ vero eſſen
tiale conſiſtit i perfecta coniunctione aie

cum deo iquãtũ eo ꝑfecte fruitur viſo ⁊
amato ꝑfecte. Aie nanq; deſideriũ infi
nitũ nunq̃ ſatiabitur ad plenum niſi fue-
rit abyſſo diuinitatis abſolute imerſuz.
ſicq; in illius ſumme trinitatis ac ſimpli
ciſſime vnitatis ꝑfecta fruitione tandem
cõplete beatificabitur. Et q̃to nunc per
fectius tꝑalia cũcta reliquerit. tanto libe
rius ad cõtemplationem ſpũalium con-
ſurgit. Et q̃to plus ſe actibus mancipa-
uerit ſpiritualibꝰ: tãto illic felicius abſor-
bebitur in abyſſum diuiniſſime charita
tis ⁊ vnus ſpiritus cũ ipſo efficiet̃: ita vt
hoc qđ deus eſt ꝑ naturã ipſe efficiat̃ ꝑ
gratiã. O q̃ felix aĩa que cetibus ange-
licis ſociata: q̃ xp̃i nectare ſatiata queq;
ſũme trinitatis beatis amplexibꝰ dulcit̃
inſeparabiliter iherendo fuerit ꝯiuncta.
O ieffabilis pauſatio: admirabiliſq; hu-
ius ſuauiſſima dulcedo. Tu vero eterne
ſapientie diſcipulus mẽtis iã in exceſſu
poſitus velut alter beniamin adoleſcen
tulus refrigera pauliſper cor tribulatum
in hac quietiſſima pauſatiõe huius iocũ
diſſime ſocietatis: quã nũc coram te cer
nis. ¶Perpende q̃ ſplẽdidas habent fa-
cies. quos opprobrioꝝ ⁊ irriſionuz impio
rum vrgebat iſania ⁊ moleſtia vexabat.
Extolle cor iocundum cum voce gratu-
labunda. ⁊ hos ciues curie huiꝰ celeſtis
⁊ domeſticos dei: velut a longe ſalutan-
do alloquere ⁊ dic in voce. Ubi nũc op
probria exprobrant um que quondam ce
ciderunt ſuper nos? Ubi capita inclina-
ta oculi demiſſi que grauitatem cordis
veſtri oſtendebant? Ubi queſo interio-
res cordis mordentis anguſtie? Ubi ge-
mitꝰ ⁊ lachrie? vbi facies palida ac ma
tie confecta propter mille ꝑicula? ¶Pau
pertas ⁊ egeſtas ⁊ omnis defectus quo
deuenit. Quomodo ſiluit vox illa miſe-
rabilis qua gemendo dicere ſolebatis o
mi deus q̃tum patior q̃diu crucior ⁊ ex
animor ⁊ affligor? Ubi ſunt qui nos de
ſpiciebant qui tribulabant qui labores
noſtros tulerunt ⁊ ad amaritudinem vi

tam nostram perducebant. Non audit
plus vox adortantium ad pugnā ⁊ dicē
tium. Viriliter agite ⁊ pugnate cum ho
ste ⁊ mūdo ⁊ carne. Itemq̃ȝ. Sumite
ſcutum: arripite clypeuȝ. pollite lanceā
manete in caſtris. Nocte ⁊ die armati
eſtote ſuccinti lumbos veſtros i veritate
Nec audit plus hec vox occulte exhor-
tationis quam intra voſmetipſos tp̄e vi
ſitationis gratie habere ſolebatis dicen
tes. Nunc p̄para animam tuam ad tē-
tationem: vt cum ſpiritualis letitia ab-
ſcedat. triſtitia inordinata non abſorbe
at. Non auditur plus hec vox quondaȝ
vobis aſſueta. O mi deus vt quid dere-
liquiſti me? Quare oblit⁹ es mei: ⁊ qua
re contriſtatus incedo dum affligit me
inimicus? Quin potius reſonare audio in
cordibus noſtris dulciter hanc voceȝ io
cunditatis ⁊ leticie dicentem. Venite be
nedicti patris mei pcipite regnum quod
vobis patum eſt ab origine mūdi. Ubi
ſunt omnes tribulatiōes ⁊ aduerſitates
anguſtie ⁊ miſerie: ⁊ cuncta mala que ī
hoc mundo paſſi eſtis? O deus q̄ȝ velo-
citer cūcta illa preterierūt: ⁊ ſic ſunt tāq̄ȝ
ea que nō fuerūt. Mirꝫ immodum cito
comparuerunt: ⁊ cito diſparuerūt. O mi
deus piiſſime q̄ȝ incōprehenſibilia ⁊ ab
ſcondita ſunt iudicia tua valde a filijs
hominū. Eia vos electi ⁊ dilecti filij al
tiſſimi ecce venit hora vt iam non plus
fugiatis ⁊ abſcondamini in angulis īdu-
ti vilibus tāq̄ȝ humiles ⁊ abiecti omni-
q̃ȝ honore indigni ⁊ velut opprobrium
hominum ⁊ abiectio plebis. Tanta nā
q̃ȝ gloria ⁊ honore eſtis coronati: tanta
dignitate ⁊ excellentia ſublimati in eter
num ⁊ vltra. vt veſtrū preconium nullus
ſenſus queat extimare: nulla ſufficiat li
gua enarrare. O vos celeſtes principes:
o nobiliſſimi reges ⁊ imperatores: o fi-
lij dei excelſi diuine conſortes nature q̄ȝ
immenſa hylaritate facies veſtre viden-
tur perfuſe. corda veſtra q̄ȝ copioſe ⁊ ſu-
pereminenter cernuntur ſupereffluere
pre exultatione. Serta defertis aurea
ineffabiliter micantia. facie coruſchi: in
dumento ſplendidi: cantu iocundi: ſertis
redimiti. O q̄ȝ dulciter intonant voces
veſtre dulciſone cum gratiarum actiōe
dicentes. Benedictio ⁊ claritas ⁊ ſapien
tia ⁊ gratiarum actio honor virtus ⁊ for
titudo deo noſtro in ſecula ſeculorum
amen: cuius benignitate protecti: cuius
miſericordia ſaluati ⁊ cuius bōitate ī eter
num regnaturi ſumus. Tibi laus ⁊ glo-
ria in ſecula. Circumſpice nunc ⁊ vide ꝑ
girum regnum hoc glorioſum delitijs
repletum: in quo cum chriſto gaudent
omnes ſancti. En hec eſt patria celeſtis
manſio requietionis locus retributionis
⁊ regnum perhēne felicitatis. Diſci-
pulus. O ſtupor ⁊ admiratio immen-
ſa de tantoruȝ profunditate myſterioꝝ
omnem intellectum tranſcendentium ⁊
ſoli deo plene cognitorum. O abyſſus i
comprehenſibilis diuine profunditatis
quanta in te latēt mirabilia. O quid au
dio: quid video. quid denique inmeme-
tipſo experior: magnalium dei operum:
que nulla ſufficeret enarrare lingua in
ciuitate hac glo̾ſa. Multa quidem glo
rioſa. de te dicta ſunt ciuitas dei. ſȝ ni-
hil eſt ad ea que in te latent inſignia ve
re nunc cognoui quia verus eſt ſermo
queȝ ſepius audiui ſuper mirabilibus tu
is ⁊ gloria tua. ⁊ non credebam nar-
rantibus donec ipſe veni ⁊ vidi oculis
meis ⁊ probaui q̄ media pars mihi nū-
tiata non fuerit. Maior ē ſapientia tua
⁊ gloria tua q̄ȝ rumor queȝ audiui. Bea
ti viri tui ⁊ beati ſerui tui: hij qui ſtant
coram te ſemper ⁊ audiunt ſapientiam
tuam ⁊ vident gloriam tuam. Et nunc
rex glo̾e liceat famulo tuo porrigē petitiū
culā dn̄o ſuo. ⁊ ne cōfūdas faciē meā.
Maneat obſecro famulus tu⁹ hic iux̄ te ꝯ
ſceps ⁊ n̄ reu̇tat ī domū ſuā. Siqdē val
de bonū ē nos h̄ eē. Audi q̄ſo ſuū tuū
hūilr corā te proſtratū: ⁊ da nūc locū ad
manēdū tecuȝ ī ciuitate hac glo̾ſa. Sap.

Nequaq̄. Necdū.n.cōpleta ē hūili-
tas ſyon.necdū venit hora tua.Tēp⁹ pu
gnādi tibi adeſt:nō venit hora regnādi.
Tēps iſtat merendi.nō venit tēps remu-
nerandi viriliť age q: adhuc multa tibi
debenť ꝑ fide xpi certamina.

Determinatio quarūdā obiectionū
q̄ in precentibus ſunt omiſſe. Cap.xij.

Felicē ſane hūc locū ꝑhēnis bea
titudinis oculo puriſſime cōtem
plationis iō tibi monſtratū noue-
ris nō, vt ibidē ꝑ nūc remanere debeas
ſed vt in oī colluctatione ꝛ aduerſitate
ſcias te huc cōuertere ꝛ cūcta tibi aduer
ſa tollerabilius poſſis ſuſtinere: ꝛ vt q̄
ruloſis ipugnatorib⁹ rňdere valeas di-
centib⁹. Quare via ipiorum ꝓſperať ꝛ cur
deus i hoc mūdo ſoleat ſuos caſtigare
dilectos? Itēq; vt rňdeā querimōie tue
quā p̄dē tā flebiliter ꝓpoſuiſti cōtra me
dicens: q: vz pp artitudinem vie q̄ ducit
ad vitā multi iter eos quos cū magno
labore dño acquiſiſſe gaudebas retror-
ſum abiſſent. Naz ſi diligenti⁹ inſpicias
inuenies ꝓculdubio q: h res nimiū cōſue
ta eſt:nec tibi ſoli hoc accidiſſe ſed ꝛ ſā
ctiſſimis qbuſq; p̄ribus manifeſtiſſimū
ē. Nūquid oēs ꝑſtiterūt qui per verba
mea ꝛ apoſtolorum crediderūt Uel nūqd
hac ex cā paulus vas electiōis ꝛ doctor
gentiū inuanū ſe cucurriſſe ꝛ laboraſſe
cōquerit. Quinimo ſtrenuiſſime diſcur
rēs vbiq; cū tanto labore ꝛ ſolicitudine
euangelium latiſſime gentibus p̄dicauit
epiſtolas miſit ꝛ tāq̄ nutrix filios ſuos
fouit:ac nomē ieſu gentibus ꝛ regibus
portauit ꝛ filijs iſrael. Sed qd. Ubi ſunt
nunc epheſij ꝛ galathe atq; corinthij
ꝓpter quos ſe tm̄ laboraſſe ꝛ plagis ac
mortibus ſe frequenter expoſuiſſe gloria
bať? Aut nūqd paulus ꝛ ceteri apl̄i atq;
doctores ideo a p̄dicatione ꝛ aiarum deſti
terūt ſalute cū ꝑceperūt filios ſuos recal
citraſſe ꝛ a p̄ſendo apoſtolis p̄entos eē?
Aut nūquid ꝓpterea ſegnius egerunt?
Nequaq̄.ſed vbiq; verbū dei diſſemi
nātes:fructū inde ꝓuenturū diuine or
dinationi ac voluntati cōmiſerunt. Un-
de habes i actibus apoſtolorum. Et credi
derunt inquit oēs quotquot preordinati
erāt ad vitā eternā. Sic nimirum ꝛ nā ſa-
gax arbores floribus ꝛ frondibus orna-
re cōſueuit: vt interdū florum tēpe nec foli-
um qdē i arbore quouis appareat:ſz to
ta floribus honuſta videať pulchriſq; co
loribus ac gratis odoribus redolens ſen
tiať. Sed cū ad expectatā fructuū ꝓdu
ctionem vētum fuerit:a pleriſq; arbori-
bus hoc qd ſe pulchre oñderat defluit ꝛ
perijt vt mileſima pars vix cognoſcatur
manere. Sed ꝛ prudens paterfamilias
multas habēs i horto arbores ꝓpter ca
ſum vnius vel pluriū a plantatione non
deſiſtit.ſed vbi arbor vna ceciderit aliā
ſubrogare feſtinabit. Ignoras q: lignū
habet ſpem ſi preciſum fuerit rurſum vi
reſcere ꝛ rami eius pullulant:ſed ꝛ ſepti
es i die cadit iuſtus ꝛ reſurgit. Stat ſen
tentia eius immobilis qui dicit. Nouit
dñs q ſunt eius. Sed qs cognouit ſenſū
dñi aut qs mortaliū poterit ſcire q ſint
damnati vel qui eternaliter coronandi
maxime ex frequēti mutatione libri ar-
bitrij ꝛ proprie voluntatis? Uideas hūc
de recluſorio veluti de xpi cōſortio auer
ſum a ſūmo bono ruere i infernū eterna
liter dānandū:illū aūt de ꝓſtibulo exi-
re corde cōtento ꝛ angelorum iungi colle-
gio eternaliter ſaluandum. Proinde
indifferenter ſermo ſalutis oibus eſt i-
pendendus. Nā quo minime credis gur
gite piſcis erit Ideoq; tibi vbiq; pende
at ham⁹. Siquidē ad multas lupa ten-
dit oues:p̄deť vt vnā. Glorioſo cōſuma
to curſu certaminis i gaudia dñi ſui in-
trabit q cētū milibus predicans vel vnā
animā lucratam dño ſuo reportauerit.
Nec ideo minus glorioſe ſi nullā: dum
modo fideliter ꝑ poſſe faciat qd facien
dum ē ꝓ ſalute. Nēpe miles ſtrenuus
in certamine cōmendať ſi cōſtanter ꝛ le
gitime certauit:etiā ſi domino ſuo non

obtinuerit triumphuꝫ. Sic ⁊ doctoꝛ gen
tium repoſitã ſibi coronam iuſtitie glo-
riabat̃: nõ minus ꝙ̃ ſi oẽs hi quos con-
uerterat in vera fide ⁊ vnitate matris ec
cleſie perſtitiſſent. Nõnulli dubiuꝫ hoc
quod ⁊ experiẽtia quoqꝫ in hoc caſu do
cet: qꝛ nõ nunq̃ doctoꝛis aĩmus plus af
fligitur laboꝛe ⁊ doloꝛe vbi ſe ianiter pu
tat laboꝛaſſe: q̃ vbi ſe fructuoſe extima-
uerit egiſſe. In iſto nãqꝫ gaudens cõpla
cet ſibi in dño: in illo aũt dolens aĩa ſua
ad ſeip̃am turbat̃: ⁊ iſuper toſſicatis in-
uidoꝝ iaculis vulnerat̃. Moyſes q̃ a do
mino aſſumptus ⁊ eleuat⁹ fuit vt popu-
lum ſuuꝫ de terra egypti duceret in ter
ram pꝛomiſſiõis: quot putas milia fuer̃t
hi quos eduxit? Et ecce de his duo ſoli
peruenerũt: ceteri ꝑierũt. Gedeon queꝫ
ſpũs dei induerat vt populũ a madiani
tis liberaret: multos ad ſe ſotios elege-
rat: vt contra eos pugnaret: nutuqꝫ dñi
apud aquas pꝛobati tot milia reiecti ac
reuerſi ſunt: ⁊ ſoli trecẽti viri q̃ remanſe
rant cũ eo certamini ſe dantes hoſtes
vicerũt. Iſai multos elegantes hũit fili
os: ſolus dauid ĩ regẽ eligitur. Sic mul-
ti reges iudaici populi iter quos omnes
ſoli tres excelſa abſtulerũt. Sic igit̃ per
ſingula excurrẽdo iuenies te erraſſe dũ
oꝛdinẽ vniuerſi pulcherrimũ ⁊ non niſi
a diuina ſapiẽtia inſtitutuꝫ in gñatione
⁊ coꝛꝛuptione ⁊ libertatis arbitrij flexibi
litate ad tuã volũtatẽ retoꝛquere volui-
ſti. Pꝛoĩde decetero diligẽter caue ne
in futuꝝ puſillo aĩo fias ſicut tũc cũ tu-
os cõfractos pedes ⁊ pꝛopter laboꝛẽ vie
inflatos oĩum cõditoꝛi ſurſuꝫ poꝛꝛexiſti:
⁊ cur laboꝛẽ ⁊ doloꝛem tuũ nõ reſpicẽt
ſpatiẽti aĩo oſtendiſti: eo ꝙ quãdaꝫ oui
culam per te a faucib⁹ inimici ereptam
rurſuꝫ recidiuare ꝑmiſit: eo ꝙ nõ poti⁹
ip̃am de hoc mũdo in ſcõ adhuc pꝛopo
ſito exiſtentem migrare fecit: neqꝫ te ac
ſeip̃m de eo q̃ eidem ruine occaſionem
dederat ſtatim vindicauit: ſꝫ poti⁹ cogi
tabis q̃ſtum ego laboꝛaui cum gen⁹ hu
manum redemi: ⁊ tñ apud multos paꝝ
pꝛofeci. Vñ ⁊ tũc quadã celeſti illumia
tione cũ turbato aĩo me argueres: tale
diuinũ ſimplicitati tue hũiſti rñſuꝫ. Suf
ficit diſcipulo ſi ſit ſicut magiſter eius.
Si inquiens ſermonẽ meũ non ſeruaue
runt: ⁊ nec vr̃m ſeruabũt. Recole ꝙ in
celeſtibus caſtris lapides viuos honoꝛe
⁊ gl'ia pꝛecipuos nõ niſi tunſionib⁹ ⁊ p̃ſ
ſuris multipliciter expollitos vidiſti. Sꝫ
foꝛtaſſis occulta cogitatiõe pꝛedictis ob
uiare cõtendis: aſſerens aliter fuiſſe oliꝫ
atqꝫ aliter nũc: eo ꝙ in his extremis tẽ
poꝛibus charitas pene refriguit: ⁊ ꝙ ꝓ-
phete ſancti moꝛtui ſunt: miracula quo
qꝫ pꝛo magna p̃te ceſſauerũt: eo ꝙ mul
tiplicata ſũt mala in terra. fideles quoqꝫ
diuerſi ꝑuerſe viuẽtes pꝛopter multos
retrahentes difficilioꝛes ſint ad cõuertẽ
dum: pꝛocliuioꝛes vero ad recidiuãdum:
ideoqꝫ a tali fructificatiõe ceſſandũ eſt.
Ad qð ego. Quãto appꝛopinquãte iam
mũdi termino hoĩes ꝑiculoſius deſitiũt
⁊ deterioꝛãtur: tãto plus indigerent vt
frequẽti aliqua doctrina ⁊ gr̃a renoua-
rent̃: ⁊ quãto dãnabilius ꝓphete ſci ⁊
amici dei obierũt: falſiqꝫ pꝛophete loco
eoꝝ ſurrexerũt: tanto magis neceſſariuꝫ
eẽt feruide docere: ⁊ ꝓ veritate iã doꝛ-
mitante aĩam exponere. Falſos aũt pꝛo
phetas appello oẽs hos qui qð ṽbo di
cunt facto cõtradicunt: ſicut hi qui do-
cent auaritiaꝫ fugiendam ⁊ ip̃i pecuniã
totis viſcerib⁹ ſitiũt: q̃ clamant gloꝛiam
mũdi ſpernẽdam: ⁊ ip̃i toto conamine
vanos querũt honoꝛes atqꝫ ꝓmotiões:
qui dogmatizãt curioſa abijtiẽda ⁊ ſim
plicia eẽ ſectãda: ipſi vero curioſitati ex
ceſſiue deſeruiunt. Et vt de alijs taceaꝫ
videas pleroſqꝫ tantã querere in veſti-
bus culturã: quas ſancti patres ad ſim-
plicitatis ac inocentie ſignum ferre po-
ſteris ſuis mandauerũt: vt nõ minus ꝙ̃
ſecularis pompe imaginẽ pꝛeferre videa
tur. Videas hũc pãno pꝛecioſiſſimo ſto
latum incedere: ⁊ rugas ꝑ ſcapulas de-

ſcendētes hr̄e ac plicas cētuplicatas cir
cūiacētes poꝛtare:vt toga philoſophica
īdutꝰ ⁊ velut ſiītudo tēpli circūoꝛnatꝰ
ꝓcedē videat̄:aliū ꝟbo chirotechas hn̄-
tē ī māibꝰ ⁊ calceos ſtrictos atqꝫ roſtra
tos ⁊ quaſi ad ſaltādū aptos ī pedibus.
Quoſdā āt poꝛtātes tūicas nouitate q̄-
dā diſſolutas ī foꝛma ⁊ figura mō ſcl'ai
defoꝛmatas:māicas ſciſſas ⁊ adeo ſtri-
ctas vt bꝛachia nō niſi cū magno laboꝛe
poſſint ītrar̄:tabulas eburneas ꝯpēden
tes:zonas ſericas fulgētes ⁊ cetēa ſilia:
q̄ leuitatē ⁊ diſſolutiōeʒ oñdūt: volētes
ꝑ hoc placē mulierc'lis ⁊ diſplicē ꝺo ſuo
⁊ eccl'aꝝ p̄latis oībuſqꝫ vtriuſqꝫ ſexꝰ ho
mibꝰ hōeſtis.Quid putas cogitabūt hi
ad quos tales ꝓphete ꝓ eoꝝ īſtructiōe
mittūt̄:cū eos viderit n̄ vēiētes ī ſaccis
velut ātiq ꝓphete fecerūt:ſʒ cū ſcādaliſ
⁊ offēdiculis multis?Spnēdi vtiqꝫ erūt
dicet̄qꝫ eis illō ꝓuerbiū.Medice cura
teip̄m.Cuiꝰ.n.vita ꝯſpicit̄ ait qdā:ꝯñs
ē vt ⁊ doctrīa eiꝰ ꝯſpiciat̄.O quot ꝯtra
ctiōes ⁊ ſubſanatiōes ac irriſiōes hēbūt
ab his q foꝛis ſūt.O quotiēs ⁊ q̄ſti deri
debūt illos.Nec īmerito:ꝑfecto nāqꝫ
res h̄ digna ē riſu.Erubeſce ſydon ait
mare.Dicet̄ quoqꝫ eis hoc qꝺ dixit de
mon cuidā mōacho q tēptabat̄ de lōgo
palio poꝛtādo:qꝺ cū hr̄e nō poſſet .mat
ta ꝓ palio īduebat̄.At diabolus ſeden-
do r̄tro ſup caudā matte quā trahebat
pꝰ ſe dixit f'ri.O mōache ſi plꝰ poſſes vti
qꝫ ⁊ plꝰ facēs.Nōne merito excuſatio-
nē p̄ferre pn̄t ꝺlicti ſui q ꝓ regno tpali
ꝯtēdūt:dū h̄ ſilia ēt ī paupibꝰ ⁊ abiectis
hꝰ mūdi hoibꝰ tā crebꝛo ſine tergiuerſa
tione fieri ꝯſpiciūt?Mīꝝ nō ē ſi litigant
illi īfelicit̄er ⁊ cōtētioſe ꝓ īperio:dū tan
ta lis ē de paupe regno.Q̄ ſi hec curio
ſitatis abuſio in ſolis eēt ſubditis:facil'iꝰ
moꝛbo tā cōtagioſo remediū adhibēt̄.
Nūc āt multi q ceteris ꝟbo ⁊ exemplo
p̄ire ꝺberēt hoc ideʒ facē imo qꝺ dāna
biliꝰ eſt hoc ipʒ ꝺfendēnō verēt̄. Hoc
eīm qꝺ arrogātie vel curioſitatis ē hōc

ſtas vel vtilitas eē ab ip̄is vana rōne cō-
tēdit̄:dū h̄ vel gratis dat̄ vel diu durat̄
ꝓbat̄.Sʒ ꝓhdoloꝛ h̄ ē pꝛudētia ſecula
ris:ſapia aīalis diabolica:dū vtilitas tē
poꝛalis bono p̄fert̄ ſpūali.Quid igit̄ fa
ciet puſillꝰ grex vaſcula īfirmiōa ſexꝰ.ſ.
femineꝰ cū viderit viriles aīos ad tales
nugas ꝺductos?Utiqꝫ dū cetꝰ paſtoꝝ ꝑ
abꝛupta gradit̄:neceſſe eſt vt ī p̄cipiciuʒ
grex ſeq̄t̄.Antiqtꝰ eiʒ n̄ ſolū fiebāt exhoꝛ
tatiōes ꝺ neceſſarijs ad ſalutem:ſʒ toto
poſſe opa ſuperrogatōis extollebāt̄.Et
hec pietatis exercitia fidelibꝰ ſuadebāt̄
tāq̄ ea ꝑ q̄ ſaluti neceſſaria ꝯmodiꝰ acq
rebāt̄:⁊ acq̄ſita ꝯſeruabāt̄. Nūc vero
pleriqꝫ talia ſilētio trāſeūt:timētes ne ſi
līgua aliud q̄ vita ſōaret:notā īhōeſta-
tis incurrerēt.Et qꝺ dānabiliꝰ ē:nō ſo-
lū.n.h̄ admōm vtilia omittūt:ſʒ ea faci
entibꝰ ac ſuadētibꝰ moleſtias quas ꝓn̄t
īferre nō deſiſtunt.Sic hieremias ſcūs
auerſiōeʒ iſrl' pp pcā ppl'i ī ꝓxio futurā
p̄dicēs dū cathenā ligneā iuſſu dn̄i eis
obtuliſſet vt faciliꝰ eos ad pniaʒ mouer̄
poſſet:falſi ꝓphete obſtiterūt ⁊ cū mul
tis iniurijs cathenas ligneas ꝯfregerunt
dicētes.Pax pax ⁊ nō erat pax. Nōne
ꝺ hoc optie ꝓphetauit q dicebat:q mi-
nima negligit paulatiʒ ꝺfluit?Et hūc fle
bileʒ ꝺfectū iuēies nō ſolū ī his q velut
aqla cetēis ī cognitiōe altiꝰ volaſſe co-
gnoſcūt̄:ſʒ ⁊ ꝟſilr̄ ī vitulo typico q ſe
ſpētenuſ hūileʒ ⁊ ſeruileʒ pſonā oñdere
ꝯſueuerūt:copioſiſſime āt ī leone q rugi
tu ⁊ clamoꝛibꝰ aures catuloꝝ ſuoꝝ iplē
dz ī eoꝝ ſuſcitatiōe:quartū āt aīal my-
ſtice acceptū.ſ.hō diutina ꝺfectiōe ītm̄
īfirmatū vt ꝺ eo iā q̄ſi deſpatuʒ eē nll's
dubitet q tā māifeſte videt qꝺ ſibi illici-
ta liceāt cūcta:⁊ abſqꝫ tioꝛe ābulet poſt
coꝛdis ſui deſideria.Cetē quoqꝫ creatu-
re,ī ātris ⁊ ſiluis ſeoꝛſuʒ ꝯmoꝛantes cu-
rijs ac vꝛbibꝰ renūciātes ſeculares vꝛba
nitates reſumē ⁊ īduē tā ſtudioſe q̄ pi-
culoſe īcipiūt:vt iā ꝓhdoloꝛ vix ſit locꝰ
ad fugiēdū cū appꝛopiquāte mūdi ter-

mio inimic⁹ hō rethe ſuū expādē ⁊ zi-
zania ſemiare nimis feſtiet. Vti ꝓ̄ſus
mortui q iā in dn̄o mortui ſūt. Recole
ſcm̄ notabile qd̄ accidit cuidā ex p̄dcis
q dū in ꝓphetādo vel exhortationē ſa-
lutarez hoib⁹ faciēdo exclamationē fa-
ceret nō modicā ꝯ hoc.ſ. ꝙ charitas ⁊
affect⁹ hoīuz multoꝝ ad dū ⁊ ſcōs eius
ꝯfeciſſꝫ:⁊ ꝙ xp̄s ſuā mariā magdalenā
vltra i mūdo n̄ iuēiret q ſibi tot obſeq̄a
faceret vt oliz:p⁹ cōpletū ſermōez quō
q̄dā domicella ip̄m adiit:eiqꝫ ſubſtōa-
cando dixit. O f̄r̄ ſi magdalēa nūc ſicut
olim iuēiret ſuū xp̄m:vtiqꝫ xp̄s nūc quo
qꝫ ſicut oliz iuēiret ſuā mariā :itelligēs
ꝙ ſi q̄dam de ꝓphetis p̄dcis eēnt ſicut
ꝯbēnt:adhuc eēnt qui eos cū oī deuoti
one ſuſcipent. Porro dū hāc purā ꝟi-
tatez q̄ vitia palpare nō nouit ſermone
q̄dez tēpato ſꝫ admodū ꝯſtāter in me-
diū ꝓfero.video te mēte ꝯſternatū:tim
tem ne forte hoc qd̄ tecū ſecreto ꝯfero:
dū ad aures eoꝝ q talia agūt ꝑuenerit:
negligat̄ :aut certe min⁹ gratāter reci-
piat̄. Hoc eſt ergo qd̄ diſplicet:hoc eſt
qd̄ te rep̄henſibilem reddit:q: te nimis
timendū eſſevideo i his q̄ multoꝝ ad ſa
lutez eſſe cognoſco. Quid es: Jeremias
nō es:ꝓpheta nō es. Sꝫ qd: Nō pcōr ⁊
armentarius vellicās ſiccomoros: verū
tamē miſſus ab eo a quo ⁊ ille:qd̄ ⁊ no
men ⁊ ꝓfeſſio tua atteſtat̄ a ſūmo vica
rio ieſu xp̄o ꝯfirmata. Quare formidas:
Et ſivanis ac diſſolutis diſplicebis:tam̄
multis qui in leuitate animi nō ambu-
lant ſꝫ ſm̄ ſanctorum inſtituta patrum
honeſte cōuerſātur ac ſeip̄os ⁊ multos
alios deo lucrantur placebis. An queris
adhuc hoib⁹ placere: Hoc dico nō quī
dem ſingularitates approbans ſꝫ cōi in-
cedendū via bonū eſſe diffiniens ⁊ atte
ſtans. Sꝫ heu ipſum quod oliꝫ ſingula
re fuit nunc commune incepit eſſe:⁊ qd̄
nūc ſingulare eſt quōdā erat cōe. Nec
dꝫ fidelis ⁊ prudens diſcipl's iō a ceptis

deſiſtere:q: cāris te audientes nō hr̄e:
⁊ itez ꝙ hic ſermo me⁹ nō capiat i eis:
eo ꝙ nō cōtineat q̄nuz ſubtilitates aut
ſermonuz p ſe loq̄ētiuz vtilitates tpa-
les:que ſola iā tanq̄ꝫ honoris ꝓmotiua
vel tpalis lucratiua cōmodi cari⁹ ample
ctunt̄ ⁊ p̄tioſius cōparantur: ⁊ in vſu a
multis habent̄ alijs neglectis:pn̄s autē
volumen ſoluz cōtineat lamentatiōes ⁊
carmē ⁊ vhe:q̄ mentes vitijs torpentes
excitāt.⁊ corda ſurſuz ſubleuāt ad diui-
na. En ezechielem dominus ad popu-
lum mittit dure ceruicis:dicente domi-
no:ipi non audient te:q: nolunt audire
me. Mittitur ſanctus propheta: ⁊ tamē
ante q̄ꝫ mittatur ſe nō proficere predici-
tur:vbi ⁊ domini pietas perpenditur :q
vult omnes homines ſaluos fieri ⁊ f̄me
dijs ſalutaribus non carere:⁊ iudeorum
duritia reprehenditur qui beneficijs di
ingrati in ſua obſtinatione permanſerūt
Attende nihilominus ieremiam prophe
tam :qui cum librum legis domini ſcri-
pſiſſet ⁊ hic a rege nequaquaꝫ accepta-
tus ſed ſcalpello ſcribe ſciſſus ⁊ in ignē
proiectus fuiſſet:pro tanto non deſtitit
ſed huic aliuꝫ ad iuſſuꝫ domini ſcriben
do continuauit. Qd̄ ſi nec iſtud quidem
attendis ſaltem iuxta conſiliuꝫ cuiuſdā
ſapientis tibimetipſi tuiſqꝫ canas:ſi au
res ſunt ſurde ceterorum. Sic igitur ab
initio mūdi diuerſi homines ſancti ⁊ a-
mici dei altiſſimi multa aduerſa ſuſtinē
tes ⁊ patienter omnia ferentes premia
que vidiſti meruerunt eterna:modo co
ronantur ⁊ accipiunt palmam . Patet
ergo ex premiſſis ꝙ bonū ſit ſeruire dō
magiſq̄ꝫ mundo:⁊ q̄ꝫ iocundum ſit ama
re celeſtia q̄ꝫ terrena ac peritura. Di-
ſcipulus. Ad hec omnia virtutem me
am multum excedentia quid reſponde-
am omnino non habeo:niſi ꝙ digitum
ori meo ſuperpono:⁊ imperfectum me
um tue benigniſſime voluntati ⁊ perfe-
ctiſſime maieſtati commito:hoc ſolum

ſubinferens de tua gratia: ꝙ ſtulti ſunt
⁊ inſipiēter loquētibus ſimiles qui amo
rem tuū ꝑtioſiſſimū ⁊ amorē mundi va-
niſſimū adinuicē cōparare tēptant. Nā
velut ignobiles in ſentib⁹ eē ꝓ delitiis
cōputāt: cum ⁊ rō eoꝝ vana ſit: eo ꝙ ex
multitudie tali hūc. ſ. mūdum diligen-
tium: amorē ipſius approbare ⁊ ex pauci
tate tibi amore ꝑfecto iūctorū amorē tu
um iprobare nitūtur. Phdolor: ceci ſūt
⁊ duces cecoꝝ. Magis eiꝫ ex hoc oppo
ſituꝫ ꝙꝫ ꝓpoſitū faciliter ꝓbat̄: dū ꝯſtat
multitudinē nō rōne regi: ſꝫ magis affe
ctu duci inordiato. Erraſſe ꝓide me ni
mium cognoſco ⁊ cordis cū dolore ac-
cuſo: eo ꝙ minia ꝗꝙꝫ laboris exercitia
ꝓ ſalute ꝓximi facta multuꝫ pondera-
ui: ⁊ ꝙ tam impatiens fui i aduerſis. O
ꝙꝫ miſericorditer parcis: cū hec aduerſa
tribuis: ⁊ ꝙꝫ ſeuere iraſceris: cū ſemꝑ ꝓ
ſpera elargiris. Amabilis ē tua p̄na cor
rectio. Quē eīm diligis corripis: ⁊ quaſi
pater in filio cōplacet tibi. Nulluſ ꝯque
ratur ꝙ tuorū oblit⁹ ſis tribulatorū: qui
quin poti⁹ obliuiōe eterna hoꝝ oblitus
es quibus nūc ad modicū ꝑcis: bona q̄-
dam modica eorū remunerādo: ſꝫ eoſ i
eternū dānare vis: eoꝝ mala. ſ. opa ſine
fine puniendo. Dignū igitur valde eſti-
mo vt hi aduerſitate cōtinua ꝑmantur:
quos tātis miſeriis carere ⁊ tā imenſaꝫ
gloriam poſſidere decreuiſti.

Quā vtile ſit ſeruo dei in hoc mūdo
multas ſuſtinē tribulatiōes. Cap. xiij.

C Onſolamini cōſolami pp̄le me⁹
dicit de⁹ vr̄. Aim⁹ qdē ſpūaliter
egrot⁹: mūdāis varietatib⁹ pluſꝙꝫ
oportuit ſubiect⁹: dū noctē aduerſitatis
p⁹ diem incurriſſꝫ ꝓſpitatis remediorū
oblit⁹ premiſſoruꝫ: cepit rurſus anxiari ⁊
corde meſtiſſimo aiaꝫ ſuā corā deo effū
der̄: ⁊ q̄ paſſus fuerat aduerſa quodam
affectu ꝯpaſſiōis tāꝙꝫ carbones deſola-
tores corde ignito ad memoriā reuocar̄
⁊ lachrymas effūdere vehemētes. Cuꝫ
aūt diſcipulus ſapie nō h̄ret ad manus
vn̄ ſpūm in aduerſis ꝓ xp̄o laborātē re-
foueret: ecce ei deſiderāti ⁊ ſuſpirāti iu-
uenis quidā pulcherrim⁹ i viſiōe aſtitit:
qui ſibi iſtrumētū qdā muſicale: quod
pſalteriū dr̄ cruce ſignatū ad man⁹ por
rexit: mētēꝙꝫ ei⁹ iterato ſñtiis ſpūalib⁹
fecūdauit: ꝑcipiēs vt iocūde ⁊ ſapienter
pſallēt: ⁊ corda triſtia ſeu merētia i dn̄o
deo ſuo letificaret. Sꝫ ⁊ mlt̄i variis aie
lāgorib⁹ ac ceteris icōmodis laborātes
ei ꝓpius aſſiſtētes ad ſolatiū laboris ſui
hoc ab eo fieri hūilr̄ ſupplicabant. Qui
accepto de manu ei⁹ pſalterio ad ſe re-
diens ⁊ ꝓpoſitū itelligēs corā ſuo egro
to carmine aſſumpto a dcō ꝓphetico ſic
exorſus ē. Cōſolamini cōſolami pp̄le me
us dicit de⁹ vr̄. Cūꝙꝫ hec ⁊ ſimilia cōſo
latiōis verba ad leniēduꝫ dolorem aimi
merētis depromeret: noluit cōſolari: ſed
magis ac magis triſtari cepit. Uerba nā
ꝙꝫ dulcia dū meror in curſu ē corda tri-
ſtia iterdū reddūt triſtiora: ſicut ⁊ armo
nia (vt fert̄) letū reddit letorē ac triſtē
triſtioreꝫ. Sic ⁊ aimus deuot⁹ diuio fla
grans amore ꝙꝫto ſuaui⁹ diuiam p̄ntiaꝫ
poſt ꝓbationē amarā in ſe expit̄: tanto
plus tot⁹ i lachrymas ex iprouiſa leticia
reſoluit̄. Eodeꝫ mō accidit in ꝓpoſito:
vt aie languēti mā gaudioꝝ in occaſio-
nem verteret̄ triſtitiarū. Nā qui potius
ridere debuerat: flere cepit ſupra modū
Interrogat⁹ aūt cur fleret vel qdnā ha
beret: reſpōdit. Dimitte me vt fleā dolo
rem meuꝫ: q: aia mea valde in amaritu
dine ē. Qui dixit mihi. Quid paſſus es?
Dic mihi. Et reſpōdit. En ego ifelix in
annis adhuc adoleſcētie conſtitut⁹ abii
amicā mihi aſſumere: vt eius leto ꝑfrui
tus cōſortio vitam agerem felicē. Et cū
multas vidiſſem: ⁊ optionem inter has
hērē: vna ceteris pulchrior vt mihi vide
batur cōplacuit oculis meis. Que blan
dis ſermōib⁹ ⁊ ampliſſimis ꝓmiſſiōibus
ſe mihi exhibēs ceteris oib⁹ ſpretis i eā
cōſenſi: ſpōſam mihi aſſumpſi. Et cū nō
diu apd ipam māſiſſem: ⁊ me ſalutem

magnā eius ex cōuictu bituꝝ ſperarez:
ꝓh dolo:: de aīa fcā ē inimica : agn⁹ in
leonē mutat̄:⁊ tota vita nr̄a ipſa medi-
ante doloꝛe ⁊ miſeria replet̄. Duz·n·in
domo mea ſecurus vt putabā reſiderez
⁊ velut arboꝛ frōdoſa necdū matura iu-
xta ſalices toꝛrētis ramos expādere inci-
perez ac fructificare: hec quaz aīā eſti
mabam manū ſuā extēdit ꝯ me:⁊ floꝛeſ
teneros algoꝛe hiemali ꝯtritos areſecit:
frōdes auulſit: ficuz decoꝛticauit:⁊ dum
adhuc oꝛdirer ſuccidit me. Hoſtes ipſa
ꝯ me crudeliſſimos ſuſcitauit: qui me no
cte ⁊ die affligētes oīo non parcebant.
Quib⁹ dū cupem reſiſtere coꝝū frequē
ti inſultu nimiuz afflict⁹ coꝛpe cepi lan-
guere iuuenili:⁊ aīm⁹ gaudens triſtitia
multa ꝯtabeſcebat. Poſt hec doloꝛem
addens dolori ⁊ vuln⁹ vulneri apponēs
parentē dulciſſimū vnicum coꝛdis mei
tpale ſolatiū quez velut aīam meā dili-
gebaz: ipſa mihi abſtulit:⁊ me deſolatū
reliqt. O ſi vidiſſes in tpe illo quam la-
chꝛymoſis vocib⁹ flens ⁊ eiulās ſuſpexi
in celū petēs vt irā ſuā miſericoꝛs deus
in māſuetudinē ꝯuerteret:⁊ ab afflictio
ne miſeri manuz ſuaz grauiſſimā pauliſ
per releuaret: ꝯmota fuiſſent pia viſcera
tua. Sz ecce qđ ⁊ cū lachꝛymis tibi di-
cere cogoꝛ: furoꝛez ſuuz ꝯtra me ħ quā
ꝑfat⁹ ſum crudeliſſima ſpōſa exercuit in
hūc modū. Nam duas ſolas oues reli-
ctas hūi ſimul de ſcutela mea edētes ⁊
ꝑiter mecū bibētes:⁊ vtilitati mee vtcū-
qꝫ ſubſeruiētes. Et dū minime putarez
vēiūt lupi veſptini ouiculas rapiūt ⁊ di
ripiūt: oī moꝛte coꝛpali infelici⁹ eas lani
antes. Qđ cū flens ⁊ eiulās poſt eas cu
curriſſez: vix tādez magno cū laboꝛe par
tem aliquaz moꝛticinij vi extoꝛſi: quō ſi
paſtoꝛ duo crura pecudis eruat de oꝛe
leōis. Qđ vidēs aduerſatrix mea manū
ſuā in ſanguie cruētato moꝛtuoꝝ ꝑdcō-
rū tinxit:⁊ me in faciez tingens atqꝫ ſan
guie aſꝑgens oppꝛobꝛiū me iſpiciētibus
dedit. tribulatiōes moꝛte īfelicioꝛes imi
ſit:⁊ claritatem lucerne micātis extīxit.
Vocē iocūditatis abſtulit: ac leta ⁊ cha
ra vniuerſa tulit: doloꝛib⁹ ſeuiſſimis ⁊ i
credibilib⁹ coꝛ meū a ſūmo vſqꝫ deoꝛ-
ſum ꝯuulnerauit. Flebāt tunc multa pia
coꝛda q̄ hec videbāt:⁊ alii⁹ ingemuere
nōnulli ꝑcutiētes pectoꝛa ſua: vehemen
tiſſime afflictiōi ꝯpatientes. Quidā aūt
illic ſtātes ſubſanabāt miſerū mouētes
capita ſua: ac ei qđ patiebat̄ ip:opantes
Quid multis moꝛer? En tribulatio hec
ſeuiēs intātū iualuit vt ego moꝛſqꝫ vno
tm̄ vt ita dicā gradu diuideremur. Nec
adhuc deſtitit hec quā marie diligebā:
ſz iſtis tribulatiōib⁹ nouas ꝯtiuauit. Et
eīm nemus folioꝝ viriditate venuſtum
cū magno laboꝛ ⁊ ſtudio a pueritia mā
plātauerā cathedre honoꝛis ꝯtentiuuz:
de qua glīaz ⁊ honoꝛē me receptuꝝ ſpa
baz. Cūqꝫ iaz tp̄s adeēt vt meo fruerer
laboꝛe: cathedra ſubuertit̄ ⁊ nem⁹ in al
teri⁹ cuiuſdā redigit̄ dn̄iū:⁊ laboꝛ oīs
ꝑdit̄ ac finis intētus fruſtrat̄. Et ſic ve-
lut in altū eleuās alliſit me valde. His
malis adhuc recēter trāſactis magnam
multitudinē quoꝝūdā velut ſerpētium ⁊
aīalīū venenatoꝝ ꝯcitauit aduerſuz me
que vehemētiſſimo īpetu me inuaſerūt
nūc ſimul nūc diuiſiz me affligentes. Ff
tūc erā leonū ⁊ ſoci⁹ ſcoꝛpionuz. Canes
rabidi aduerſuz me latrabāt: ſcoꝛpiones
a ſecreto vulnerabāt: ſerpētes quoqꝫ vē
to fetido ī me ſufflabāt ⁊ ſibillabāt:⁊ fa
ciem meā ꝯſpuē nō verebāt̄. Sicqꝫ oī
gnē penaꝝ me ledētes ⁊ illudētes vitaz
meaz ad amaritudinē ꝑducebāt. Quid
plā? Tp̄s nō ſufficēt ſi ſingula aduerſa
tricis mee flagella qb⁹ me vſqꝫ ad hāc
hoꝛaz caſtigauit vellē enarrare: ſz dico
cū ꝓpheta. Secretū meū mihi ſecretuz
meū mihi. Hec autē ex abūdātia coꝛdis
ꝑꝑ vocē iocūde ꝯſolatiōis tue de plēitu
dine coꝛdis ſil' cū defluētib⁹ lachꝛymis
violēter eruperūt. Hec cū diſcipl's audiſ
ſet: itellexit myſteriū eē deſpōſatiōis e-
terne ſapīe que ſuos amatoꝛes tpalib⁹

tribulatiōibꝰ ꝯuenit ꝓbarꝭ: ⁊ ꝓbatos ſi-
bi i aitītiā copularꝭ: ⁊ ꝯuerſꝰ ad eā dixit.
O diuie ſapie abyſſꝰ iſcrutabilis: o totiꝰ
pietatis pellagꝰ itermiabile q̄re ſic affli
gis diligētes te ⁊ te modicū curātes col
lo ꝑnitis iceder̄ recto? An ignoras tuq
es plaſmato: oium iſirmitatis hūane de
bile nimiū eē fundamētū: ⁊ ꝙ corpꝰ qđ
corrūpit̄ itm̄ aggrauat aiaꝫ vt nō poſſit
ſp ea q̄ rētura ſūt inſpicē: ſꝫ cogit̄ ma-
gis ad ea q̄ i ꝓſpectu ſūt iclīatiōeꝫ hr̄e?
O clemētiſſime deꝰ tribulationes nr̄as
clemēter ꝯſidera: ⁊ ꝟtutē patiēti pr̄a ac
tuis gratiſſimis ꝯſolatiōibꝰ corda inuali
da ex alto ꝯfirma. Sapia. Hynnu-
lus r̄cēter ꝓgēitꝰ mr̄nū refugiū q̄rit: ca
prec vbera petit: ſꝫ cū ad icremēta ōbi-
ta ꝑuenēit lac deſ̄ens cacumia mōtiuꝫ
petit: iter lilia paſcit̄ ⁊ gregi ſuo libē ſo
tiar̄: pueriūa iura lacti debita ānoꝝ iam
maturitate trāſcēdiſti: tp̄s ē vt ablacta-
tꝰ a lacte auulſus ab vberibꝰ nūero viro
ruꝫ fortiū adiūgaris. Exēplo igit̄ eoruꝫ
diſce qđ agē debas ⁊ q̄ꝫ patiēter ꝯcta ad
uerſa debeas ſuſtinē: vt ꝑiter ⁊ tu tribu
latiōibꝰ ꝓbatꝰ coꝝ nūero cum gaudio
ſine fine ſotieris. Aſcēde igit̄ ad cor altū
ſurſuꝫ erigē ⁊ poſt tergū reſpice ⁊ vide
turbā inūerabileꝫ oium ſcōꝝ q a ſeculo
ſt: ⁊ aiaduerte: qm̄ oēs qui mihi ſinglr
placuerūt ſingulares quoqꝫ i tolerantia
aduerſitatū ꝓbati extiteꝛt. Et vt de ce
teris quoꝝ iſinitꝰ ē nūerꝰ ſileaꝫ: ecce ad
manꝰ ē puer citbariſta vir ſm cor dei.
Quātas oñdiſti mihi tribulatiōes mul-
tas ⁊ malas: ⁊ ꝯuerſꝰ viuificaſti me: ⁊ d
abyſſis terre iteruꝫ reduxiſti me. Joſeph
futurꝰ egypti dn̄s a fr̄ibꝰ ſuis vēditꝰ ⁊ a
muliere iſamatus carcerali cuſtodia mā
cipatꝰ fuit. Silētio nūc ꝑtrāſeo abꝛaam
bn̄dcm̄ dn̄i: moyſen electū a dn̄o: ⁊ cete
ros pr̄iarchas ꝓphas ⁊ aicos dei altiſſi
quoꝝ lōgaitas ſpei nō imerito ſpeculuꝫ
patiēter eē debēt ⁊ te cordatū reddē in
aduerſis. Interroga gn̄atiōes ſingulas
⁊ ān̄ūciabūt tibi: maiores tuos ⁊ dicent
tibi. Heſternꝰ qppe es ignorās itroituꝫ
⁊ exitū tuū: ⁊ videbis q2 ridiculū ē quod
patēis: ſi qđ patēis ōbite librare ⁊ patꝝ
paſſiōibꝰ voluēis ꝯparare. Ecce Jſaias
gr̄aꝝ nobilitate iſignis ſerra lignea ſec-
catꝰ: Jeremias i vtēo ſcificatꝰ q die ho
mis nō ꝯcupiuit lapidibꝰ obrutꝰ ꝯcrema
tur: Ezechiel crudelr̄ excēbrar̄: Daniel
vir ōſiderioꝝ i lacū leonū ꝓijcit̄. Tres
pueri camio ignis tradūt̄: Job exēplum
patie i manꝰ iimici tradit̄. Tobias exce
catur. Machabei cruciatibꝰ exqſitiſſis
iterēpti ſūt: ⁊ hi qđ p̄res bōa tp̄alia i re-
ꝓmiſſiōe accepāt. Porro ab initio na-
ſcētis eccl̄e regnū celoꝝ vim patit̄: ⁊ vio
lēti rapiūt illđ. Nōne vides aplos aicos
meos chariſſios i hoc mūdo degē: ⁊ fa
me ac ſiti: frigore ⁊ nuditate laborar̄ car
ceribꝰ ⁊ plagis ac mortibꝰ ſe exponer̄ ⁊
oibꝰ vite pn̄tis laboribꝰ ⁊ anguſtijs ſub
iacer̄: nec deficer̄ in tribulatiōibꝰ: nec q̄
ruloſis iſiſter̄ vocibꝰ velut tu facis: ſed
gauder̄ in ꝯtūelijs in tribulatiōibꝰ letāt̄?
Scōs quoqꝫ martyres qs audeat reſpi-
cer̄: ⁊ deſidioſꝰ ⁊ q̄ruloſus eē q ludibria
⁊ verbera expti: vicula ⁊ carcēs ꝑpeſſi i
nūera tormētoꝝ gn̄a paſſi glōſiſſime co
rōati ſūt: Cōfeſſores ac ꝟgies lōgū du-
cētes martyriū corpa ſua cū vitijs ⁊ ꝯcu
piſcētijs crucifixerūt. Qđ fecit alexius?
Qđ paſſꝰ ē euſtachiꝰ? Qđ dēiqꝫ adhuc
hodierna die ꝑ totā fidei ſpatioſaꝫ lati-
tudinē ꝓ amor̄ dei patiunt̄ iuuenes ac
virgines: ſꝫ ⁊ ꝯiugate ac vidue ōuotiſſīe
q̄ꝝ magnitudo tribulatiōum ſi cognita
eēt ſilētiū ori tuo q̄ruloſo iponēt̄? Nō-
ne ad mēoriā r̄uocat̄ exēplū valde mēo
riale de fēia ꝯiugata dđ deuotiſſia q̄ ve
niēs in ꝯfeſſiōe tibi apuit q̄lr viginti ānis
cū mārito ſuo vixerat q nō vt hō ſꝫ velut
leo ferociſſimꝰ gladio euaginato ipſam
multotiēs ipetierat: ⁊ inūeris verberibꝰ
⁊ ꝯtūelijs mulierē ſcāꝫ atqꝫ pudicā fla-
gellauerat: intm̄ vt ſingulꝭ horis ad aſpe
ctū viri ſui mortē phōreſcēt iprouiſaꝫ: q̄
oia deuota fēia patiētiſſime ferens: nec

murmurās aut clamās ꝓ ſalute ipiſſi-
mi tibi oꝛādū tam deuote ſupplicabat?
Nōne tūc ſurſū rſpitiebas ac pect⁹ tun
dēs coꝛde ſecūdo ꝓclāſti: te nihil pati
ſ; otioſe vagari? Preterea adhuc reſtat
loc⁹ vn̄ tibi mell⁹ ꝯcludat. Achillē cōdis
tui i mediū ꝓfero: collatiōes vz ⁊ vitas
pr̄z q̄s quotidie legis ac relegis: ⁊ a qui
b⁹ nec ad modicū libēt diuelleris. His
diligēter ꝑſpectis ſatis mirabile ē ſi nō
tm̄ i eo ꝓfeciſti: vt patiaz didiceris i ad
uerſis. Ubi ē tu⁹ arſenius? Macharius
quo ōuēit? Oblit⁹ es antonij paulū ⁊ hi
larionē ꝑieciſti? Cōgrega diſꝑſos coꝛdis
tui ⁊ reiſcē pr̄m diuiſſimoꝝ q i tebaida
⁊ egypti ptib⁹ ac cetēis hēmi locis ōgē
tib⁹ ⁊ acceſſ⁹ mōtiū: pꝛupta petraꝝ: āfra
ct⁹ ſiluaꝝ petētes: hoꝛidā vaſtitatē dſer-
tiſſimi hēmi q̄ſierūt: ibiq; hūanis aſpe-
ctib⁹ ſemoti inūera aduerſa tolerantes:
ꝯctis admirabilē duxerūt vitā. Nōne e-
rubeſcis cū hos ꝑſpicis ⁊ ſotietati eoꝛū
ānūerari toto mētis affectu ꝯcupiſcis: ⁊
ꝙ eoꝝ ſufferētias vl' i modico imitari n̄
vis? Uis iter tot ſtrenuiſſimos viros de-
ſidioſ⁹ eē: ⁊ ſonolētia toꝛpeſcere? Abſit:
Abſit. Tp̄s iā ꝑteriit. Ecce i virū iā mu
tatus es: abijce amodo puēilia ⁊ ꝑpara
te ad bella robuſtiōa. Diſci⁹. Uere
tātoꝝ mēoꝛia pr̄z tāq̄ʒ muſica i cōuiuio
vēiet: i oī aīa tribulata ſuaui⁹ melle idul
coꝛabit. Cū hos viros glōſos celeſtis au
le milites eximios ⁊ eoꝝ geſta ſtupenda
paup vermicl's ocl'o coꝛdis itueoꝛ: ꝓfcō
me nihil eē nihilq; pati me cū gēitu coꝛ
dis exclamo: ſed ⁊ ſi aliqd triſtabile me
hr̄e putabā: ad eoꝝ aſpectū ꝑdo ſuauit
q; reſpiro. S; vellē ſcir̄ vtꝝ ifoꝛtūia ca-
ſualia ⁊ tribulatiōes iuolūtarie vel ſalu-
bꝛes vel ēt meritoꝛie exiſtāt: ⁊ itē q̄r ami
cos poti⁹ adūſis q̄ ꝓſpis ſoleas exercē.
Sapia. Una iterrogatiōe tria vtvī
dubia tibi ſoluenda popoſcis: vz ō caſu
ō mō ⁊ cāis tribulatōuz. De p° firā hāc
teneas ſniaz ꝙ nll'a tribula° ſicut nec q
cūq; ali⁹ euēt⁹ foꝛtuit⁹ pōt dici caſualis
relat⁹ ad p̄mā reꝝ cāz: l; ꝑ reductionez
ad hāc vel illā leges caſualitatis icurrat
Un̄ quis tibi occurrēs aduerſitas ei⁹ nu
tu ⁊ ꝓuidētia gerit cui⁹ virtute cuncte
res create ſūt ⁊ in ſuo eē ꝯſeruāt. Poꝛ
ro de iuolūtarijs tribulatiōib⁹ ſcire dēs
ꝙ l; iuolūtariū iniq̄tū hoi nō ſit merito
riū: verūtn̄ ſi pꝛudēs aim⁹ hoc qd iuolū
tarie illatū ē volūtarie pati voluerit ⁊ vo
lūtatē hacten⁹ rebellez ad ſcā dei icli
nauerit virtutē faciēs ex necitate: haud
dubiuz qn ſalubꝛe ac meritoꝛiū fiet hoc
qd an̄ peſtifeꝝ videbat: ⁊ ad ſpūale vir-
tutū ꝓficiet icremētū. Sic re vera di ſa
piētia inūeros a p̄ncipio mūdi ad ſe iuſ
tos trahit: ⁊ rebelles itrare ꝯpellit. Sed
q̄re electi vt plimū hic aduerſis dep̄mā
tur hoc in ꝓmptu ꝓ rōne hēas: q: cum
ꝓni ſint ſēſus hoiuz ad malū ab adole-
ſcētia ſua ſepiēda ē via electoꝝ ſpinis tri
bulationū: ne noxia delectatio māz ꝑbe
at deliquēdi: ſ; dū elect⁹ q̄ſq; i imis cō
tinuis tribulatiōib⁹ p̄mūt: ad ſupna tēdē
ēt inuit⁹ cogat. Diſcipulus. Tribu
lationes tēpoꝛales qdem ac ſalubꝛes eē
nō diſcredo: ſi modum ⁊ poſſibilitatem
patientis nō excedant. Sed ecce eoꝛum
pꝛeſentia afflictiua tam vehemēter an-
git ⁊ mouet: vt interdum quoq; virtutē
humanam excedere videantur. Sa-
pientia. Hic mos cūctoꝛum ſolet eſſe
miſeroꝛum vt flagella ſua alioꝛum fla-
gellis eſtiment pꝛeponderare: ⁊ ſua dā-
na ſentiens magis defleat q̄ʒ aliena: ⁊ q
ſe putat hac ſpecie flagelli ſupꝛa moduz
pꝛegrauari mutata ſpecie eadem diffi-
cultas querimōie remaneat. Unde om
ni exceptione ſemota voluntati diuine
te ſubijce: ⁊ flagella eius ſuſcipe cum af
fectu. Fidelis enim deus qui non patie-
tur temptari ſuos ſupꝛamodum ſed fa-
ciet cum temptatione pꝛouentum vt poſ
ſint ſuſtinere. Quid igitur adhuc tre-
pidas? Quid times? Piiſſimus nāq;

eſt vt velit:ſapientiſſim⁹ vt optie nouēit
qd expediat ꝓ vnoquoqꝫ:⁊ potentiſſim⁹
vt vbi hō ex ſe deficit ſuppleat man⁹ oi-
potētis. Igr̄ iacta cogitatū tuū i dn̄o:cō
mitte te deo:crede te deo:omnez ſolici-
tudinez in ipm ꝓijce:qm̄ ipi cura eſt de
te. Accede ⁊ dic fiducialiter ad ipz. Pr̄
mi n̄ mea:ſed tua volūtas fiat. Cū āt tri-
bulatio aduenerit exi obuiā tāto hoſpiti
benigne eā recipiendo ⁊ dic coꝛde iocun
do. Bn̄ veniat amica mea tribulatio.

Diſci⁹. O de⁹ q̄ꝫ facile eſt h̄ dicē et
q̄ꝫ difficile vba factis ꝯpenſare:qꝛ tribu
latiōuz ꝑmentiū ſeua vulnera ſūt valde
afflictiua. Sapientia. Si tribulatio
nes nō affligerent:tribulatiōes appellari
n̄ valerent. Tribulatio dū p̄ns eſt meſtiti
am p̄ſtat:cū āt p̄terierit ⁊ victa fuerit:ſū
me letificat. Breuez hꝫ amaritudinez ⁊
lōgā cōſolatōz. Freqns tribulatio ꝯſuetu
dine tādē vicit. vt iā quaſi n̄ eē tribula-
tio aut leuis eē videat. Qui.n. mōſtris aſ
ſuet⁹ ē mōſtruoſa min⁹ curabit. Die dul
cedis imēſa copia iq̄ꝫtū h⁹ n̄ eēt tibi adeo
mēitoꝛia nec tāta laus digna. Q̄ꝫtum ex
feruida charitate tribulatio patiēter per
peſſa. En plēs iuenim⁹ q ꝓſpis ſucceſſi-
b⁹ elati deciderūt:q̄ꝫ q aduſis fracti a ꝓpo
ſito ſpūali coꝛruerūt. Dēiqꝫ ſi i aſtrologi-
ca diſcipliā floꝛeres ⁊ oiuz libaliū artiuz
ſecreta penetrares:ſi cūctos rhethoꝛes
ac dialeticos facūdia ⁊ argutijs p̄ires:h̄
oia n̄ tm̄ ad bonā tibi vitā cōferrēt q̄ꝫtū
h̄ vnum neceſſariū.ſ.ex charitate d̄ coꝛ
de puro ⁊ ꝯſcia bōa ⁊ fide n̄ ficta te ipm
deſerē:⁊ totū te dō i oi tribulatōe cōmit
tere eiuſqꝫ volūtati parē patiēter. Nā il
lud bōis ⁊ malis cōe ē:iſtud āt ſolis ele-
ctis iceē poteſt. Tāta ē p̄eminētia eterne
gloꝛie ad tpales ⁊ trāſitoꝛias paſſiōes vt
diligēs pſcrutatoꝛ debēt poti⁹ eligē mul
tis ānis i foꝛnace ignis ardētis velle toꝛq̄
ri q̄ꝫ minimo p̄mio i futurū ſibi reſuato
velle p̄uari:qꝛ laboꝛ cū fine merces ſine
fine. Diſci⁹. O ſūma ⁊ ieffabilis pie
tas q̄ꝫ ſuauiſſime ⁊ ꝓptie oꝛgana h̄ reſo
nāt i aure triſtioꝛi. O mira circa nos tue
pietatis dignatio eo qꝫ circa hoiez miſe
rū ac deſolatū ſic appōis coꝛ tuū:⁊ q̄
ſic dignaris linire,dolētes ⁊ cōſolari tri-
ſtes ac merētes. Te namqꝫ ſic dulciter
pſallēte aīmus triſticia p̄ſſus alleuiat̄ et
tua celeſtis modulatio,ſpūz triſtitie men
tē exagitātē ſaltē ad tp̄s fugat vt leuius
qd patit̄ ferat. Qꝫ ſi ēt daret̄ optio mal
lē poti⁹ aduerſa cōtinue pati ⁊ tua cōſola
tōe dulciſſima ſic refoueri:q̄ꝫ aduerſis ca
rere ⁊ vnctōez tuā p̄tioſiſſimā n̄ habere
Eia age nūc qd cepiſti:quia,ſe nihil pati
eſtiat:cui tā dulciter eterna ſapia i adū-
ſis citharizat. Sapia. Audire vis ci-
tharā ſpūalis muſice pulchꝛe reſonātez
Surſū erigere ⁊ p̄tioſū fructū tpaliū ad
uerſitatū diligēter attēde. Sicut.n. i ci-
thara coꝛde ꝓpoꝛtionaliter ꝓtēſe ſonum
reddūt ſuauē:ſic elect⁹ qſqꝫ:dū aduerſi-
tate p̄mit̄ quaſi vi q̄dā extra ſe tēdit̄ et
ad reddēdā dulcē ac celeſtē melodiam
pleni⁹ hilitat̄. Sciēdū q̄ꝫ qꝫ tpalis tribula
tio ab h̄ qdē mūdo iſaniſſimo vilipēdit̄
a ſūmo āt iudice deo p̄tioſa valde eſtia-
tur. Ipa irā iudicis extīguit:⁊ ei⁹ ſeueri-
tatē i amicitiā ⁊ benignitatē cōutit. Qui
aduerſa libenter ꝓ deo patit̄ xp̄o paſſo
aſſimilat̄ ⁊ iō ab eo tāq̄ꝫ a cōſili neru di-
lectōis p̄cipue ꝯſtrigit̄. Fruct⁹ ei⁹ balſa-
mitic⁹ iputribilē p̄ſat vigoꝛez. Sicut ſtel
la matutia ſolis vicinū huic mūdo p̄nū-
tiat oꝛtū:ſic tribulatō hois ſimiliter facit
Nā ipi⁹ ſupceleſtis ſolis aīaz tribulataz
inuiſet volētis iocūdā d̄mōſtrat ꝓpīgta
tē:⁊ internā arguit cōſolatōz ſubſeqntez
Et ſicut nox tenebꝛoſa diē p̄cedit lūioſā
⁊ hiemis aſpitas eſtiualē āncedit iocūdi
tatez:ſic bonarū mentiū internā eternā
qꝫ ipſa p̄ire ſolet ꝯſolatōz. Sicut arch⁹
refulgens inter nebulas gloꝛie ſignū eſt
die pacis ad gen⁹ hūanū:ſic tribulatio ſe
uiēs ſignū ē die ꝓpitiatōis ad aīuz ꝯtri-
tū. Ipa eſt grē pambula ſpei ſotia:dile-
tiōis puerpa:ipa vitā actiuā ſuo munimi
ne ꝓtegit:⁊ ꝯtēplatōis oculuz ſubtiliter

acuit. Hec ē q̄ hoīeꝫ facit ſpūaleꝫ ac mē
teꝫ terreſtreꝫ mutat in celeſteꝫ: q2 ſurſum
tendere cogit: q2 ſe iuxͣ vel foꝛte ex ſe dif
fūdere ꝓhibet̄. Mūdi ħ ipa gnāt deſtō
neꝫ: ſꝫ diuinā parit fāiliaritatem: ai cos
ꝯſueuit diminuere ⁊ grām ſolet auger̄.
freq̄nt̄ nāqꝫ ab ħ mūdo tāq̄ꝫ vile ꝓiſma
ꝓijcit̄ ħ qd̄ a ſūmo bono eligit̄: ⁊ q̄ eiꝰ
ſinglari dilectōe decoꝛari mer̄. Ipa ē ar
ta via ſꝫ ſecura ⁊ cōpendioſa, ducens ad
vitā. Perpendat nunc vnuſqſqꝫ q̄ꝫ ſtul
tus ħ eſſꝫ qcūqꝫ eiꝰ freq̄nter penſāet vti
litateꝫ: ⁊ ipiꝰ nolet hr̄e ſuppoꝛtatōꝫ. O q̄ꝫ
inūeri ſōno pctōꝝ ꝓfūdiſſio obdoꝛmie
rāt ⁊ moꝛte pierāt ſpūali quos infelix ab
ſoꝛbuerat iniq̄tas: q aduenienteꝰ vga di
ne cōꝛectōis velut de graui ſōno ac moꝛ
tis ſpio excitati vitā i meliꝰ cōmutauer̄t
⁊ opa tenebraꝝ abijcientes armis lucis
induti ſūt. O quot ſūt i mūdo captiui q
ꝑ māuꝫ altiſſimi velut aīalia idomita et
auicule incaueate tribulationibꝰ ſe p̄men
tibꝰ incluſi tenent̄: qbꝰ ſi facultas adeēt
otio reſoluti a ſtatu diffugēnt ꝓꝑie ſalu
tis. O q̄ꝫti ſunt q grauiſſima comiſiſſent
pctā q multa crimina incurriſſent ſi non
pia quadā diſpenſatiōe di ꝑ tribulatōes
pꝛeſeruati fuiſſent. Quid nāqꝫ eſt q̄ eq̄
coꝛ tumidū ⁊ animū elatū ⁊ hoīeꝫ ābitō
ſū ſeipꝫ mag̃ faciat cog̃ſcē ⁊ n̄ alte ſape
ſꝫ hūiliter in ſeipo ꝯſiſtere ac timē ⁊ q̄
priº patienti ꝯdeſcendē doceat? Hec ē
nutrix hūilitatis doctrix patientie cuſtos
vginitatis: ꝯpatrix eterne felicitatis. tri
bulatō ħ ita eſt adeo ſalutifera vt vix ſit q
ab eiꝰ ſe abſcōdat bonitatis aſpgine ſiue
ſit d̾ incipientiū nūo vel ꝓficientiū ſeu ēt
pfectoꝝ: rubigineꝫ aufert pcōꝝ incremē
ta pr̄at vtutū ⁊ libtateꝫ ꝯfert grāꝝ. qd
ħ theſauro ꝑcioſiſſimo vtiliꝰ? Ipa nāqꝫ
pcā tollit: purgatoꝛiū minuit: repellit tem
ptatōes extinguit carnalitates: ſpūꝫ reno
uat: ſpeꝫ roboꝛat: vultū exhilarat ꝯſciētie
affert ſerenitateꝫ ⁊ internoꝝ gaudioꝛuꝫ
ꝯtinnā pr̄at vbertateꝫ. Ipa eſt potio ſa
natiua: herba ſalutifera ſuꝑ oīs ꝑadiſi
terreſtris. Coꝛpꝰ qdeꝫ coꝛruptibile caſti
gat: ſꝫ animā vegetat immoꝛtaleꝫ. Ani
ma deuota ſignat̄ tribulatōe ſicut roſe
ac lilia fecūdāt̄ celeſti roꝛe. Ipa tribuit
ſapiaꝫ adducit circūſpectōꝫ: ⁊ hoīeꝫ i ex
ptū exercitatōem fac. Qui n̄ eſt aduerſa
paſſus qd ſcit? Qui n̄ eſt temptatus qua
lia ſcit? Ipa eſt donū dei electum: vga
amoꝛis: plaga pr̄na. Ipa volūtarios inui
tat: ⁊ rebelles ad ſe trahē ꝯſueuit volun
tates. Hoīꝰ patienti eq̄ ſbſuiūt tā aduſa
q̄ꝫ pſpa: amici ⁊ inimici equaliter ei ſui
unt. Quotiens q̄ſo frendentibꝰ aduerſa
rijs ⁊ ſtridentibꝰ aduſū te inimicis frenū
ſilentij impoſuiſti cū eos ꝑ tuā māſuetu
dineꝫ ⁊ patiaꝫ coꝛdiſqꝫ hilaritateꝫ impo
tentes reddidiſti. Ego q cūcta creaui ex
nihilo tribulatiōes impꝛouiſas vnicūqꝫ
ſuꝑ electos meos induco: ne eoꝛū immē
ſo ꝑuent̄ bn̄ficio. Nā vtꝰ ꝑ aduſa ꝓba
tur: primꝰ edificat̄: deꝰ gloꝛificat̄. Pati
entia i aduſis eſt velut in vgula fumi ex
aromatibꝰ mirre ⁊ thuris ⁊ vniūſi pulue
ris pigmētarij: cuiꝰ odoꝛ ſuauiſſimꝰ: ex ig̃
tribulatōis ꝓcedens an̄ oculos meos iu
giter aſcendit ⁊ me ſibi placabileꝫ red
dit ac totā celeſtem curiā in admiratiōe
ſuſpendit. Nō tm̄ ſolent hoīes mūdani
terreno militi ſtrenue i toꝛneam̄to decer
tanti intendere: q̄ꝫtū tota celeſtis freq̄n
tia fauere ⁊ intendere ſolet hoī ſpūali vi
riliter in via militāti. En oīs ſācti fece
rūt hoī patienti credentiā: q2 caliceꝫ dn̄i
mixtū tota vita ſua ꝑguſtauer̄t ⁊ nūc ipꝫ
fōmidoloſis adhuc mentibꝰ ſuadent nil
mali hr̄e: ħ eſſe potū ſalutifeꝝ oīs vna
nimiter acclamāt. Vtus patiētie ſuſcita
tiōi moꝛtuoꝝ ⁊ ceteroꝝ opatiōi miracu
loꝝ ꝑfert̄. Ipſa martyrij ꝯfert gloꝛiam
⁊ palmā pr̄at victoꝛioſā. veſte purpurea
induit̄ ſto d̾ roſis rutilātibꝰ redimit̄: au
reo ſceptº adoꝛnat̄: rgio diadēate iſigni
tur. Carbūculus lucens in aureis mōili
bꝰ: ſic patientia ſe oñdit in aduſis euen
tibꝰ. Gēmula radiās odoꝛ ſuauiter fra
grās ⁊ fauꝰ vndiqꝫ diſtillās: ſic religioſꝰ

iter fr̃es ſuos patiēter ābulās ⁊ ꝯfectus
fr̃m̃ equaniter portās. Uox ei⁹ dulciſo-
na i celi palatio cōde iocūdo cātū ſibi vē
dicat ſinglarē quē cātaꝛ̄ nequnt q i h⁹i
vite adūſis ꝑ ai tolerātiā eū cātaꝛ̄ ñ me
rueꝛ̄t. Quid plura? Nec ligua poſſȝ di-
ceꝛ̄: nec lr̃a exprimē q̄ꝫ putile ſit adūſa pa
tiēter ſuſtiere. Ueꝝ tñ h ſolū de p̄miſſis
cūctis a mēte tua ñ excidat: ꝙ tribulati
vocāꝛ̄ ab h mūdo mihi ſȝ a me cēſeꝛ̄ bti
q: mecū ſine fine ſunt regnaturi. Di⁹.

O q̄ꝫ euidēter nūc appares qs es. Te
nāqȝ eē illā p̄clarā cūctis mortalib⁹ icō-
parabilē ſapiaȝ māifeſtiſſimū ē: q̄ ⁊ vita
tē agnitā mellifluo quodā ſapoꝛ̄ ⁊ ſua-
uiſſima eructuatōe ad lucē ꝓducis: nec vl
lū dubitatōi locū religs. Idcirco mirꝫ nō
ē ſi oia adūſa libēter patiꝛ̄: q a te i eiſdē
tā dulciter ꝯſolaꝛ̄. Pr̃ mi dulciſſime ec
ce nunc pedib⁹ tuis ꝓuolut⁹ gr̃as refero
ex cordis affcū deuoto ꝓ oib⁹ aduerſitati
b⁹ meis p̄ñtib⁹ ſȝ ēt ꝓ trāſactis flagellati
onib⁹ grauiſſimis qb⁹ me vſqȝ ad hāc ho
rā caſtigare ⁊ erudiꝛ̄ dignat⁹ es: q̄ mihi
quōdā tā graues videbāꝛ̄: q: ex hoſtili
ſeueritate ꝓdire putabāꝛ̄. Sȝ mirꝫ i mōꝫ
cūcta h terribilia tāq̄ꝫ nubes matutia ve
lociter ptrāſierūt: ⁊ ſic ſūt te opāte ante
ocl'os mōs q̄ſi nūq̄ꝫ fuerit: cogorqȝ dicē
cū ſapiente. Modicū laboraui ⁊ iuēi mi-
hi mltaȝ requeȝ. Et.n. cū te vnicū cordis
mī theſauꝝ velut amoris ſpeculū oculis
amoroſi cordis ꝓpono ⁊ te ex itimis vi-
ſcerib⁹ oiuȝ deſiderioꝝ mōꝝ affcūoſiſſīe
cōplector: cūctoꝝ obliuiſcor triſtabiliū ēt
i obliuionē cūcta veniūt q̄cūqȝ laborem
ſeu dolorem p̄ſtare potuerunt.

Quā vtile ſit paſſionem xp̄i iugiter ha
bere in memoria. Capitulū. .xiiij.

d E roſiſ ad roſaſ ꝓcedim⁹ ⁊ violas
relīqndo ad lilia pgrēdo ꝓpam⁹
dū ꝺ florifero germīe paſſionuȝ
quorūdā hoiuȝ diuoꝝ ad roſiferas paſſi
ones tuas o flos cāpi: ⁊ roſa ſine ſpia etē
na ſapia ſūmo cū ꝺſiderio rurſus cordis
ocl'os retorq̄m⁹: ꝓ tuā nāqȝ fructiferam
ac venēabilē paſſiōȝ ꝯctoꝝ nob ſpūaliū
bonoꝝ mā copioſiſſīe ſb̄miſtraꝛ̄: vbi eſt
.n. gl'iatō mā. vbi ſpes ⁊ leticia cordis mī
Re xp̄a i te vno ſūmo ⁊ xp̄o bono ⁊ p̄tio
ſiſſimo tue paſſiōis theſauro. Et iō tā ip̄
ciabl'eȝ theſauꝝ ꝺlectat iugiter i corꝺ re
tieꝛ̄ ⁊ ꝯtiue ꝺ ip̄o loq ac oī tpe mīte ⁊ cō
pe cū ip̄o occupāi. Utiaȝ quoqȝ ⁊ i cor
dib⁹ nr̄is nūq̄ꝫ mācefcat ſȝ ſp re diuina
pululatiōe nou⁹ exiſtat. Felix ꝓñ tu o
gl'oſū lum̄ oiȝ eccl'aꝝ q uolatu pēnifero
mutabl'ia ꝯcta ſupuolās ⁊ archanū diuī
nitatis attigēs abyſſū clāitatis die ocl'is
puriōib⁹ ituēdo itroiſti ac xp̄ba q̄ ñ lȝ hoī
loq audiſti ⁊ tñ ad ima deſcēdēs affectu
quodā mellito paſſiōis h⁹ ob p̄cōiū ꝺ cō
dis treſauro i mediū eructaſti. d. Nihil
ābitrat⁹ ſū ſcire iter nos niſi ieſū ⁊ hūc
crucifixū. O xp̄bū mellifluū dl'ci⁹ ſuper
mel ⁊ fauū ꝺuotis mītib⁹ iugiter rumi-
nādū ꝺ quo xp̄tutis liquor manat q mi-
ſis largiꝛ̄ gaudia ſalutis ꝓpiat. Sȝ ⁊ ce
leſtis fiſtula ſuauitate ſmōis dl'citer por
nata atqȝ xp̄bi eterni diſſia maieſtatē il
luiata btiſſ e ſnarde cui xp̄bū icānatū ⁊
i cruce ſuſpēſū tā dl'citer ſapiebat vt h ⁊
his ſilia xp̄ba ſuauia dl'ciſſīe poraꝛ̄s. Fa
ſcicl's myrrhe iqs cū ſpōſa dilect⁹ mīs mi
hi iter vbera mā cōmorabr amaritudi-
nē dñice paſſionis ſignificās. Et hāc vt
ais mēditari dixi ſapiaȝ i his iuſtie mihi
pfcōneȝ ꝯſtitui i his plēitudieȝ ſcie: i hiſ
diuitias ſalutis i his copiā mēritoꝝ ex hiſ
iterdū mihi poti⁹ ſalutaris amaritudis
ex his ſuauis rurſū vnctō ꝯſolatōnis. hec
me erigit i aduerſis i ꝓſpis dp̄mit: ⁊ in
ter leta triſtiaqȝ vite p̄ñtis via r̄gia ice-
dētē tutū p̄bet vbiqȝ ducatū hic im̄ ma
la īminētia ꝓpl'ſādo. Nō r̄qro ſicut ſpō
ſa vbi cubat quē āplectō mā iter vba cō
morātē. Nō r̄qro vbi paſcaꝛ̄ i meridie
quē ituear ſaluatorē pēdētē i patibulo.
Illō ſb̄lim⁹ iſtō ſuauius pāis illō h lac
h mā iteri ſb̄limiō philoſophia ſciꝛ̄ ieſū
⁊ hūc crucifixū. Hec iq̄ꝫ ex ore tuo do-
ctō venerāde cōmdata ſuſcepi. Ceteꝝ ex
his o eterna ſapia hāc mihi ſūmā colli
go ꝙ qcūqȝ eternā ſalutē ⁊ p̄mioꝝ ma-

gnitudinē ꝯſiderat hīc arcē quoqꝫ cun
ctarū v̄tutū ꝯſcēder̄: ſciaꝫ quoqꝫ atqꝫ
ſapiaꝫ obtinē: iter pſpa ⁊ aduſa equāimi
ter ſtare: ſecurā viā ābular̄ ⁊ amaritudi
nē tue paſſiōis tueqꝫ ꝯſolatōis potū ſua
uiſſimū deſiderat p̄guſtar̄ dꝫ: te ieſum
xp̄ꝫ iqꝫ crucifixū iugit̄ i pector̄ ſuo pōtar̄
O mōile ſpecioſū electū ſup auꝝ ⁊ lapi-
deꝫ p̄cioſū: iter ſpōſe vb̄a iugit̄ pōtāduꝫ
ſeu guſtādū. Nūqꝫ.n. formoſā puellam
adō ꝺcoꝛauit monile p̄cioſū i pector̄ pō
tatū qꝫtū ieſ⁹ crucifix⁹ mīti incluſ⁹ poꝛtat
coꝛ duotū. Mala aurea i lectis argēteis
ieſ⁹ xp̄s i corꝺ amātis. Uas auri ſolidum
oī lapiꝺ p̄cioſo adoꝛnatū. ē pect⁹ feruidū
h⁹ nois ꝯtētiuū. Sa. Freq̄ns h⁹ paſ-
ſiōis mēoꝛia idoctū quēqꝫ reddit doctiſ-
ſimū: ⁊ pitos idiotaſqꝫ facit pficē i magi
ſtros: magr̄os iqꝫ n̄ ſcie q̄ iflat ſꝫ charita
tis q̄ edificat. Ipa velut qdā lib̄ vite i q°
oīa ſaluti necc̄ia iuēiunt̄. H lib̄ p̄oiuꝫ phi
loſophoꝝ libꝛis ꝺ oīb⁹ docēs mellea qua
dā dulcedie p̄uct⁹ ſētit̄. Nōne tibi vr̄ ſic
eē: Nōne iaꝫ ⁊ os tuū ⁊ labia cōdis tui
pfuſa fauū hūc dulciſſimū ſētiūt vb̄ri di
ſtillare. Nōne ſingule hē diligēt̄ iſpecte
velut aromatū celle tibi videbūt̄ patuiſ
ſe: Felix q ei⁹ ſtudio ſerioſe itēdeit: q: pfici
et i ꝯtēptū mūdi ⁊ amoꝛē ꝺi cūctarūqꝫ v̄
tutū ⁊ grāꝝ ſumet icremētū. Di⁹. O p
amabilis ſapia nihil i hac vita dulci⁹ coꝛ
di mō exiſtēt vt tu ipe meli⁹ noſti qꝫ vt
paſſiōꝫ tuā iugit̄ ꝺuoto cōde ꝯſiderar̄ poſ-
ſē. Sꝫ phdolō ariditate ⁊ duritia q̄dam
ꝯſtrict⁹ ad ei⁹ recōdatōꝫ vt dignū eēt nō
ꝯpūgoꝛ: ⁊ iō doce o bēig° p̄ris ſap° q̄lit̄ ēt
agēdū ſit mihi i hac mā tā p̄cioſa. Sa.

Mēoꝛia paſſiōis mee dꝫ fieri n̄ pfūcto
rie nec cū feſtia acceleratōe marie cū tē
pus aderit ſufficiēſ ⁊ oppōtunū: ſꝫ cū ma
tura ⁊ amoꝛoſa ac p̄cōdiali remēoꝛatiōe
⁊ flebili quadā ꝯpaſſiōe. Niſi.n. h dul-
ciſſimū lignū dētib⁹ diſtrictiōis affcūoſe
maſticatū fuerit: ſapor lꝫ imēſ⁹ nequaqꝫ
mouebit. Qui ⁊ ſiq̄dē flē cū flēte ac do
lere cū dolēte n̄ potes: ſaltē affcū ꝺuoto
ꝺ tātis bn̄ficijs tibi p eā gratuito exhibi
tis gaudē dēs ⁊ grās ager̄. Q ſi nec af-
fectu paſſiōis nec gratulatōis deſiderio
moueris ſꝫ dura quadā affcōne i ei⁹ re-
coꝛdatōe deprimi te ſētis nihilomin⁹ in
duricia coꝛdis tui ad laudē ꝺi mēoꝛiā h⁹
ſalutifere paſſiōis qualit̄ cūqꝫ pcurre: et
qꝺ a te hr̄e n̄ potes ipi⁹ piſſimis māibus
ꝯmittas. Uerūtn̄ pſeuera petēdo: pulſan
do: q̄rēdo dōec accipias: pcutebis ſiliceꝫ
vꝫ recoꝛdatōe ⁊ cōpoꝛali nihilomin⁹ la-
boꝛe teipm exercēs ad pietatē p extēſio
nē manuū ſeu ocloꝝ ad crucifixū ſolleua
tiōeꝫ vel pectoꝛis tūſiōeꝫ aut gēuflexiōeſ
deuotas vel cetera ſimilia pietatis offā
ꝯtinuādo: donec egrediāt̄ aq̄ lachꝛyma
rū largiſſime vt ⁊ rō bibat ꝺuotiōis aq̄s
⁊ coꝛp⁹aiale ei⁹ ex p̄ntia accēſuꝫ ad grāꝫ
bilitet̄. Q ſi foꝛſitā cāris te affcūꝫ hunc
ꝺlectabilē ⁊ dulcioꝛē ſup mel ⁊ fauū ra
rius expiri nimiū q: foꝛſitā tēptatōib⁹ in
teriꝫ exercitariſ: m̄lto meli⁹ agit̄ ſi v̄tutē
ipaꝫ n̄ p delectatōe ipa quā expiaris ſed
p v̄tutib⁹ ipis ⁊ ſolo bn̄placito ꝺi. tota
itētiō. ⁊ ſi n̄ affctōne ſectaris. Affcūs.n.
btitudinis ē exercitiū v̄e v̄tutis. Por-
ro paſſiōis mee freq̄nſ meditatō iter alia
inumera ad duo tibi p̄cipue noueris pro
deſſe ſolatia: vꝫ ad triſtitiā ioꝛdinatā re-
pellēdā ⁊ penā purgatoꝛij diminuēdam
qualit̄ dolō m̄s doloꝛē ai expellat: ⁊ ex°
poti⁹ qꝫ v̄bo ꝺmōſtrabo. Erat nāqꝫ qdā
diſcipul⁹ ſapie ⁊ ei⁹ noim̄ ſit i li° vite quē
circa ꝯūſiōis ſue initia q̄dā triſtitia ioꝛdi
nata tā letalit̄ oppſſit vt nec legē vl' oꝛa
re vel qcqꝫ bōi p tūc facē poſſꝫ. Qui dū
quadā die i cella reſidēs ab hac paſſiōe
grauit̄ vrgeret̄ ⁊ icredibili doloꝛ̄ affige
ret̄. fcā ē ad eū deſup quaſi vox intellec
tualis. d. Quid h ſedes otioſ⁹: ⁊ i teipſo
tabeſcēs. Surge nūc ⁊ paſſionē m̄aꝫ de
uote pertracta: in mea amaritudine tuū
deuincēs doloꝛem. Quo audito frater il
le ſurrexit ⁊ ſe ad meditādum paſſioneꝫ
contulit: ⁊ ex tunc medicina hac ſaluta-
ri ſanatus per eius continuam replicatio
nem nequaqꝫ plus decetero talem vn-
qꝫ ſenſit animi paſſionem. Qualit̄ auteꝫ

hec vtiliſſima meditatio penã purgato-
rij relaxare hẽat tibi idicabo. En auctoꝛ
nãe nihil inoꝛdiatũ in ſua nã religit: ſed
neq; diuīa iuſtia qcq̃ mali ipunituʒ di-
mitit qđ aut hic aut in futuro debite ñ
ſubijciat coꝛrectiõi. Qñ igit̃ putas q̄ fi-
neʒ hitura eẽt pena alic⁹ pcõꝛis q mul-
tis cribus obnoxi⁹ ꝯdignã ſatiſfactionẽ
ꝓ quolʒ moꝛtali ꝑ milleſſima pte ñ ex-
pleuiſſet quã exioluẽ in locis purgatoꝛij
gehenalib⁹ decedẽs cogẽt̃ vſq; ad mi-
nimũ q̃drãtẽ: O nimiſ lõga miſere aĩe
expectatio. O diutina ⁊ acerba nimium
cruciatio: doloꝛ pſeuerãs ⁊ imẽſus pnia
grauioꝛ oi terreſtri cruciatu: ſʒ vide q̄
hãc penã leuiſſima ⁊ breuiſſima ſatiſſa
ctiõe ꝯpẽſare poſſʒ qcũq; ipaʒ de the-
ſauro paſſiõis agni imaculati ſciret reci
pere. Hic nãq; theſaurus p̃tioſiſſimus
ꝑꝑ charitatẽ maximã pſonã digniſſimã
ac doloꝛẽ immẽſiſſimũ ſufficiẽs ⁊ ſuper
abũdãs extat: ⁊ ideo talr̃ poſſʒ ſe hõ ad
hũc applicare. ⁊ de ei⁹ merito ⁊ ſatiſſa-
ctiõe tã deuote ad ſe trahere: vt ſi mille
ãnis debẽt purgari in breui de toto libe
raret̃. Diſci⁹. Peto mi dñe vt me
miſeꝝ pcõꝛẽ ſũme indigẽtẽ hãc doceas
artẽ nobiliſſimã ⁊ vtiliſſimã ꝑꝑ bonita
teʒ tuã: qꝛ heu ꝓpꝛia nõ ſufficiut meri-
ta: vt neceãuʒ valde ſit mihi reſpicẽ ad
aliena. Sapia. Si vis penã purga-
toꝛij lõgaʒ ⁊ acerbã in tpaleʒ q̃ breuis ẽ
ꝯmutare. hoc facẽ ſtudeas. Pꝛimo oiʒ
dbes coꝛde ꝯpũcto ⁊ ſpũ tribulato cum
gẽitu coꝛdis enoꝛmitateʒ pcõꝝ tuoꝝ gra
uiſſime põderar̃: ꝯfitẽdo aduerſuʒ te in
iuſtiam tuã: amariſſime recogitãdo qd
qd feceris: quẽ offendẽis: qdue merueis
Peccaui ingens dñe: peccaui ſuꝑ nũeꝝ
arene maris. Deide dẽs teipʒ corã ocu
lis eterni iudicis hũilr̃ dſpicẽ ⁊ vileʒ eſti
mar̃: ita vt cũ publicão oculos imũdos
nec audeas ad celũ leuar̃: nec labijs pol
lutis nomẽ illud audeas noiar̃ glõſuʒ: ſʒ
neq; teipʒ hoieʒ ſʒ ũmẽ imũdũ eſtiare:
⁊ opa tua ſatiſſactoꝛia q̃ſi nulli⁹ momẽti
ſint ãmbilare: ⁊ ſic miſ ⁊ miſabil' añ fo-
res gr̃aʒ iudicis expectar̃: ⁊ dicẽ cũ gẽi-
tu coꝛdis tui ꝓfũdo. Pr̃ mi peccaui i ce
lũ ⁊ corã te: ⁊ nõ ſũ dign⁹ vocari fili⁹ tu
us: fac mihi ſicut vni ex mẽcenãijs tuis.
Poſtea mẽitũ paſſiõis xp̃i dẽs ſũmo
cũ affcũ extollẽ ⁊ magnificar̃. cogitãdo
qm̃ apꝫ me copioſa ẽ redẽp°: ⁊ q̄ mĩma
gutta p̃tioſiſſimi ſãguis q ꝑ oẽs ptes cõ
poꝛis ſũi vulnẽib⁹ r̃pleti largit̃ effluxit:
ꝓ redẽptiõe ⁊ ſatiſſactiõe toti⁹ mũdi ſuf
feciſſet. Sʒ copioſiſſime ip̃m effũder̃ vo
luit in argumẽtũ magni amõis ⁊ ſupeffluentiſſime
pietatis in ſolamẽ oiuʒ miſeꝛoꝝ.
Tãdeʒ dẽs hũili qđ ſʒ feruido' affectu
mãuʒ auxiliatoꝛis q̃rẽ ⁊ miſericõdiſſimi
r̃dẽptoꝛis meritũ in ſubſidiũ poſtulare.
nil heſitans: qꝛ ꝓnioꝛ ẽ fons ille pietatis
miſcoꝛdiã iugiter ſcaturiẽs ad miſẽdũ
q̃ tu ad petẽdũ. Diſci⁹. O xp̃ũ glo
rioſuʒ ⁊ p̃cipuũ mihi meiſq; filib⁹ miſis
pcõꝛib⁹ ſũma cũ exultatiõe ſuſcipiẽđ: eo
q̄ in tua paſſiõe ſic in ꝓmptu iuẽim⁹ vñ
pcã poſſum⁹ abluẽ: pẽas dlẽ. gr̃aʒ inuẽi
re: ⁊ glãm ꝓmẽri ſẽpiternã. O qs mihi
det vel mĩmaʒ guttã ad iſtar pũcti mo
dicã h⁹ tã p̃tioſiſſimi liquõis rubicundi
ſãguis agni imaculati in lauacꝝ vulnẽꝝ
mẽoꝝ: Age nũc tota xp̃ia ma: ſi quõ poſ-
ſim h' ſalutare medicamẽtũ in remediũ
obtinẽ pcõꝝ mẽoꝝ. O gutta roꝛida d mi
nima pedica dñi mẽi egreſſa. o ſtilicidiuʒ
roſeũ de aula regali foꝛamie ſeu pecto-
rali effluxũ vel ſaltẽ d minia pũctura cõ
poꝛis dlicati egreſſũ: ſana ⁊ reitegra pcõ
ruʒ mẽoꝝ vulnẽa. O crux aue ſpes vnica:
ſãguie delicato pfuſa. auge pijs iuſtiam
reiſq; do. ve. O miſicõdiſſima ſapia his
te xp̃is ꝯſolatõijs oꝛe melliſluo pſeq̃nte
qđ ñ modica aiuʒ mẽuʒ pulſat: quãvt ſol
uas affect⁹ pi⁹ duote expoſtulat. Dixiſti
.n. q̄ ꝑ tuã paſſiõeʒ ſatiſſa° ſufficiẽs ⁊
ſupabũdãs hũa° genẽi collata ẽ. Q; ſi ita
ẽ qr̃ igr̃ pẽa ſatiſſcõꝛia iũgit̃: ⁊ ſʒ q̃lita
tẽ culpe exigit̃ q̃litas pene? Sapiẽtia.
Ad hoc qđ hõ cõſequat̃ effect⁹ h⁹ paſ-
ſiõis oʒ ipm ei cõfigurari. Cõfigurat̃ ãt
ei ꝑ baptiſmũ: vnde illi ex toto liberãt̃

qui ſic decedũt. Sed opʒ vt illi qui poſt baptiſmũ peccãt cõfigurẽt chriſto patiẽti per aliqd penalitatis vel paſſiõis quaʒ ĩ ipſis ſuſtineãt: q̃ tñ multo minor ſufficit q̃ eẽt cõdigna pctõ: coopante ſatiſfactiõe predicta. Redeamꝰ ḡ ad hãc materiã vtilitate p̃cipuã: de qua tãtã diſgreſſionẽ fecimꝰ: occaſionẽ tãtorũ myſteriorum eiꝰ ex vbertate ſumẽtes.

Q̃ño verus diſcipulus xp̄i ſe debet cõſignare paſſiõibus ipſiꝰ. Capitulũ .xv.

Sit cũ me filij tenebrarũ crucis patibulo affixiſſent, ñ ſufficit eis horrẽdũ ſuppliciũ mihi illatũ: ſed crudeliꝰ ſeuiẽtes corã dolẽte: ⁊ moriẽte ſtabãt ⁊ me deridebãt ⁊ blaſphemãdo ſubſanabãt mouẽtes capita ſua ⁊ opprobrijs ipiſſime miſerũ affligebãt. Ego ãt his ñ motꝰ ſʒ patiẽter ſuſtinẽs aiebam. P̄r mi ignoſce eis: qr neſciũt qd faciũt Inter duos latrones tãq̃ ſupplicij reuʒ me dei filiũ ſuſpẽderũt. Et vnꝰ qdem ex his me deridebat: aliꝰ ãt p̄ocíniũ meuʒ iplorabat quẽ cõtinuo ad grãm recepi ⁊ pctõrũ veniã, tribuẽdo paradiſum ei, celeſtẽ ꝓmiſi. Circumſperi ⁊ non erat auxiliator. Oẽs me dereliquerant noti quoqʒ mei q̃ſi aliẽi receſſerãt a me. Stabãt qdã, ex his a lõge: ⁊ q̃ circa me fiebãt cõſiderabãt. Frẽs quoqʒ mei in anguſtijs mortiſ diſpſi a me diffugiebãt. Ueſtimẽta mihi tortores extrahẽtes nudũ reliqrũt. Sũma dei ꝟtus ⁊ potẽtia xp̄s dñs tũc miſerabiliter ſtetit quaſi oi ꝟtute p̄uatus. Nã abſqʒ miſericordia me cruci atrociter ⁊ cõfixerũt. Ego ãt tanatibꝰ accerrimus vexauerũt. Ego ãt tan q̃ agnus mãſuetꝰ q portat ad victimam obmutui: ⁊ nõ aperui os meũ. Anguſtie mihi vndiqʒ erãt: miſerie mee vbiqʒ p̄mebãt: ⁊ quocũqʒ me ꝟtebã dolorẽ inueniebã. Stabat tũc iuxta crucẽ filij pẽdẽtis mater meſtiſſima cũcta vulnerum meorũ in pectore ſuo doloriſera mr̄nis viſceribꝰ ꝓferẽs tormẽta ac ſuſtinẽs vulnera. Audiẽs igitur vocẽ eiꝰ flebilẽ ⁊ luctũ miſerabileʒ dolorẽ qʒ eiꝰ ſciẽs, vehemẽtẽ ꝯpaſſiõe motꝰ pie ipaʒ cõſolabar ⁊ dilectã matrẽ dilecto diſcipulo recomẽdãs diſcipulũ ꝓ me ĩ filiũ ei delegaui. Qualiter tũc gladiꝰ doloris viſcera penetrauerit dulciſſime mr̄is: qualiter ẽt merons gladius iteriora oĩa filij pẽdẽtis repleuerit: nullus ꝑfecte, eſtimare poteſt.

Diſcipulus. O dolor ſeuiſſimꝰ ⁊ cõpaſſiõe p̄cipua digniſſimus. O ſeuitia ac duritia imẽſa tã enormiter te torq̃ntiuʒ Qualiter o cruẽte beſtie leonibꝰ ferociores lupis rapacibus ſeuiores agnũ illum mãſuetiſſimũ ſpõſumqʒ forma pre filijs hoĩuʒ nobilẽ ⁊ delicatũ piũ ac mãſuetũ ſic tractare ⁊ crudeliter, torquere potuiſtis? O deus meꝰ vtinã tũc fuiſſet pñs famulus tuꝰ dũ h̄ agebãtur. vt pietas ⁊ cõpaſſio q̃ eis defuit ꝑ me ſuppleta fuiſſet ꝑfecto ſi poſſibile, fuiſſet ſalua hũani generis redẽptiõe ego aiam meã pro vita tua expoſuiſſem vel cũ dilecto piter occubuiſſeʒ: vel certe ſi h̄ fuiſſet negatũ ſaltẽ pre, dolore ꝓſtratus pedẽ crucis ĩ qua dilectus moriebatur brachijs affectuoſiſſime cõpaſſiõiſ ſtrinxiſſem: ⁊ ſic flẽs ⁊, eiulãs perduraſſem quouſqʒ forſitan cũ terra tremuit: ⁊ petre ſcindebant cor quoqʒ amãtis piẽ ſciſſum fuiſſet. O q̃ feliciter migraſſem ſi moriente dilecto ego quoqʒ ſecũ piter mortuus fuiſſeʒ. An nõ meminiſti quod, fecerit armiger ſaulis qui in mõte gelboe dñm ſuũ inimicis vallatũ iprobe occubuiſſe videſ fidelitatẽ ⁊ ſocietatẽ ei facere cupiẽs ſup gladiũ ſuum ſtulte irruit: ⁊ piter mortuꝰ ẽ cũ eo? O ſi ſeruꝰ videns dñm ſuũ iſeliciter mori cõmoriebat dilectꝰ vidẽs dilectũ ꝑ dilecto fideliter mori nõ cõmoriet? Qualr̄ ẽt viuere poſſet ⁊ nõ potiꝰ eligeret fortiẽ mori q̃ infeliciter viuere? Propterea vtiqʒ ellegiſſʒ ſuſpẽdiũ aĩa mea ⁊ mortẽ oſſa mea. Sapia Hãc horã moriẽdi ab eterno mihi elegi: vt ſolꝰ tũc calicẽ mee biberẽ paſſiõis ⁊ mortẽ, ꝑ, oibꝰ ſubſtierẽ Nũ caut tp̄s adeſt vt omnis qui vult venire poſt me abnegetſemetip̄m ⁊ tollat

crucē ſuam ⁊ ſequat̄ me:⁊ ſciat ꝓ certo
hāc imitationē deuotā tā acceptabilem
mihi fore q̄ꝫtū fuiſſet ꝓ tūc ſi mecū ꝑti-
tiſſet ⁊ mortuꝰ pariter cū moriēte fuiſſet
Et ecce h̄ erit crux tua quā portare de-
bes:ſi vis meꝰ eē amator.Q̄n̄cūqꝫ exer-
citio v̄tutū ⁊ diuinoꝝ expletiōi mādato
rū ſtudioſe itentꝰ es ꝓ poſſe tuo ⁊ tn̄ ab
emulis ex h̄ deriſiōez ſeu detractōes re
cipis iſup ⁊ i oculiſ eoꝝ tn̄ vileſcas ⁊ de
ſpicabilis appares vt h̄ n̄ v̄tuti patientie
aſcribāt nec ḡr̄e q̄ ē i te ſꝫ ipatie ⁊ igna
uie ⁊ ꝙ te iudicare,volēſ n̄ audeas vl̄ ſci
as:tu āt n̄ ſolū h̄ patiēt̄:⁊ libēter ꝓ deo
ſuſſeras vez ēt ex ſupabūdāti p̄rēz q in
celis ē ſerioſiꝰ ꝓ eis exorare ſtudueris et
eos deuote apd̄ me excuſaueris ipoſ mi
hi recomēdādo:q vſqꝫ i hac ꝯrietate le
ſiua ad gl̄iaꝫ ⁊ imitatōꝫ crucifixi ſeipꝫ ſu
ꝑauerit ſcire dꝫ quotiēſcunqꝫ h̄ fecerit
ꝙ mortē dn̄i quaſi recēter reuiuiſcē fa-
cit ⁊ imaginē crucifixi i ſe portabit.Iteꝫ
ſi bōa opa faciēs ⁊ inocēter ac ſimpl̄r in
via dn̄i ābulās opa tua bōa ab iuidis ꝑſe
quutoribꝰ cōculcarēt̄ iſup de te n̄ bōa ſꝫ
mala vbiqꝫ loq̄rēt̄:falſaqꝫ tibi multa i-
ponētes vitā tuā i oculis:te honore di-
gnū hn̄tiū deprauare n̄ ꝯſiſtēnt:tu āt ex
his n̄ motꝰ ſꝫ magis exhilātꝰ i tātā māe
res ꝑſeq̄ntiū te cordis pietate vt patꝰ eſ-
ſes oi hora ſyncero affcū ⁊ pio corde cun
ctas offēſas remittē vt pētꝰ in te delete
cēnt:ac ſi nūq̄ꝫ fcē fuiſſēt:ipis quoqꝫ ꝑ-
beres cōſiliū ⁊ auxiliū opportunū eiꝰ ob
amorē q ſuis crucifixoribꝰ ēt n̄ petētibꝰ
n̄ ſolū offēſas remiſit ſꝫ eis ꝓdeſſe ſtudu
it:ꝓ eis apud p̄rēz itercedēdo:q̄n̄cūqꝫ
te ipꝫ i h̄ fcō ꝑꝑ deū ſupares:certiſſime
ac v̄aciter iuxta dilectū tuū crucifixū pa
riter crucifixꝰ ſtares.Mūdana ſolatia fu
giēdo ⁊ vtilitates ac cōſolatōes terrēas
ꝑꝑ me relinq̄ndo,mihi q̄ꝫtū neceſſitas h̄
req̄rit.deſtōez meā qua ab oibꝰ dereli-
ctꝰ fui ꝑ hāc recōpēſas volūtariā abſtra
ctionē.Quotiēſcūqꝫ tuos charos alcos
vl̄ cōſāguineos ꝑꝑ amorē ſaluatoris reli
q̄ris diſcipl̄m ⁊ dilectū frēꝫ iuxta crucē
mihi cōpatiētē,te ſubſtituis.Expoliati

tue ꝓꝑe volūtatiſ veſtimēta ſūt mee nudi
tatis.Cūqꝫ his q te ipugnāt ſeu crīant̄
⁊ aduerſa iferūt volūtarie,ceſſeris ⁊ eoꝝ
q te v̄bis iptūe iuadūt irā ⁊ ipatiaꝫ tā
māſuete ⁊ cū tāta cordis dulcedīe ⁊ ver
boꝝ ſuauitate acvlteriꝰ hilāitate recepis
vt tua dulcis bēignitas merito aduerſa-
rijs v̄ecūdiā iferre poſſit ⁊ eoꝝ debeat
tumor tua ex hūilitate ꝯfūdi:tunc mortis
mee imago ⁊ ſilitudo i te v̄aciter relu-
cebit.Itē exēplo m̄ris mee fideliſſime ⁊
diſcipl̄i dilecti ſp tibi memoria adſit paſ
ſiōis mee i corde ꝑ memoriā:i ore ꝑ ru-
miatōꝫ deuotā ⁊ i opatōe ꝑ imitatiōem
affcūoſā.Quicūqꝫ h̄ fecēit verꝰ imitatō
ieſu xp̄i exiſtit:⁊ delicias ei copioſas apd̄
ſe miſtrabit.Signū ꝗ tue dilectōis ſit ex
hibitio opis.Heu exhortabaris te velle
mori ꝓ me corpalr̄:nūc venit hora tua.
Accurre feſtia ⁊ recipe ꝓ me morteꝫ ſpi
ritual̄r.O q̄ꝫtū ꝯ tali filio q cruceꝫ hanc
recepit p̄r̄ celeſtis gl̄iabit̄.O q̄ꝫtū ꝯ tali
fideliſſimo diſcipl̄o maḡr magr̄oꝝ iocū
dabit̄.Dilectū quoqꝫ ꝓ dilecto moriētē
eiuſqꝫ paſſiōi rn̄dētē vt vꝫ h̄ i ſe ſentiat
ꝙ i xp̄o ieſu cū q̄ꝫta gl̄ia putas ſublima
bit̄ i celis:⁊ q̄ꝫto honore dignꝰ hēbitur?
Sotiꝰ nāqꝫ mag̃ tribulatōis erit ⁊ ſotiꝰ
imenſe ꝯſolatōis. Diſciꝰ. Scio dn̄e
q: n̄ eſt hois via eꝰ nec viri eſt vt ābulet
⁊ dirigat greſſus ſuos.Quāobreꝫ ocl̄os
ac manꝰ ſurſū ad te eleuo piiſſime redē-
ptor:ꝯuote ſupplicādo q̄tenꝰ venerande
paſſiōis tue imago ⁊ ſilitudo mihi famu
lo tuo efficaciter ipmat̄:⁊ ſuū i me effe
ctū ſalubreꝫ iugiter opetur ad laudeꝫ ⁊
gl̄iaꝫ nois tui bn̄dicti.Ceterum vt video
aia m̄a tota i exceſſu mentis poſita ad-
buc ſtat ſuſpenſa tibi patienti itendens
⁊ audire cupiens fineꝫ tā mirande paſſi
onis.ſcire iſup cupiens vtꝝ caro paſſa ex
ditatis ifluxu aliq̄ꝫ tūc ſenſit alleuiatiōeꝫ
tāti doloris. Sapia. Nō valō ꝯ hac
iterrogatiōe qd̄ merito exi timis te mouē
debeat ad cōpaſſiōeꝫ.In illa hora cum
mortis ſuppliciū ꝑtuli horrēdū:aia v̄bo
ꝑfcē fruebat̄ ⁊ tn̄ ditaſ ꝑmiſit carni agē
ꝯ pati q̄ ꝓꝑa erāt:⁊ q: vires iferiores ſi-

diſſis reliqbāt:paſſibiles valde reddebā tur. Attēde nūc gliaʒ toti⁹ orbis in cruce suſpēſā ⁊ miſijs vltra moʒ āguſtiatam. Pēdebaʒ i patibulo crucis liḡ imobilr cōfix⁹ deſolat⁹ ⁊ oi adiutorio hūano ꝑua tus. Sʒ ⁊ pr̄ m̄s celeſtiſ me quodāmō re liqſſe videbat. cū n̄ iu uabat queʒ iuuare poterat magnalia opa oñdēdo. Ulnera cruēta ſaguineʒ fūdebāt: ocli mi a fletu caligabāt ⁊ oia viſcera m̄a p̄ nimio cru ciatu cōtabeſcebāt. Rugiebā a ge. cor. mi ⁊ n̄ erat: q aſpiceret: flebā amare ⁊ nō erat q lachrymas detergēt. dolores ⁊ li uores me oppſſerāt ⁊ n̄ erat q foueret. Orātē maledicebāt: tacētē deridebāt pa tiēter ſuſtinētē blaſphemabāt. et cū me vndiq3 dolores mortis circūdediſſēt: cla maui ad pr̄eʒ dicēs. De⁹ m̄s de⁹ m̄s: vt qd dereliqſti me? Et tñ volūtas pēdētis filij ſp fuit ꝯforis pr̄ne volūtati. Sitiui ⁊ n̄ erat q calicē aq̄ frigide aie ſitiēti porri gēt. ſʒ aceto mixto cuʒ felle ſiti m̄aʒ po gēt. ſʒ aceto mirto cuʒ felle ſiti m̄aʒ po tabāt. Attñ lʒ aia m̄a p̄ ſiti multū affli gereṫ: magis tñ ſeruide ſalutē hūaʒ ſitie bat. Et cū oia q̄ ſcripta erāt d̄ me ꝯſūarē tur: fcūs obediēs vſq3 ad mortē incliato capite tradidi ſpūʒ. Nec ſuffecit eis viuē te me doloribus affligere ſed vt mortuuʒ penis affligere temptabant. Nam lat⁹ meū mucrōe dire lācee pforabāt ex quo ſāguis ⁊ aqua exibāt q̄ cor⁹ mortuū pfun debāt. ſicq3 vita mūdi p mūdo exticta fu it: ⁊ ſāguie ſuo ꝓtioſo gen⁹ hūauʒ redēit atq3 veterū piacl'a pctoꝝ pio cruore d̄ter ſit. Diſci⁹. O ꝟe magne ⁊ ieſtiabi lis dilectō charitatis. O maxim⁹ ⁊ imēſ⁹ lis dilectō charitatis. O maxim⁹ ⁊ imēſ⁹ dolor tue ſciſſie paſſiōis q̄ nos miſos or bis ꝯditor redēiſti. Utiaʒ nūc dignas lau des tibi exſoluere poſſē. Utiaʒ oiuʒ ho minū q ſūt ſup terra l' futuri ſūt l' p̄terie rūt ꝓrogatiuis florerē: vt eas i ſuo faſtatu expēderē. O qs mihi det ſapiaʒ ſalomo nis: fortitudinē ſāſōis: abſalōiſ pl'chritudi nē oiumq3 ꝑncipū h⁹ mūdi diuitias et gliaʒ atq3 ꝟtutē: qten⁹ h̄ oia ⁊ mlto ma iora his libē offēʒ i obſequʒ mei ſaluato ris i odorē ſuauitatiſ. Sʒ heu qd ꝑt face re canis mortu⁹ aut quā gliaʒ ꝑ̄are pōtꝝ

ſd⁹ ⁊ mut⁹? Sapia. Si liguis hoim loq̄ris ⁊ anglorū: ſi cūctoꝝ hoiuʒ bonis opib⁹ ꝑdit⁹ eēs: ſi oiuʒ ſacraꝝ ꝟginum puritate clareſcēs: ſi cōfeſſoꝝ atq3 docto rū p̄curſor: martyrū q3 vexilifer exiſtēs. ſi q3 oiʒ creaturaꝝ ꝟtutē hr̄es. repēdē vicē tāto redēptori ex ꝯdiḡ n̄ poſſeſ. nec p mi nima ſāguis gutta ex amorē p te effuſa. Di⁹. Quid igr̄ r̄tribuā dō. p om. q̄ re tri. mi. O mi de⁹ doce q̄ſo ſaluʒ tuū q̄lr ſaltē ex gr̄a placē poſſit q ex infirmitate ac ꝑuitate opuʒ ſuoꝝ deficit. Sapia. Meōriā paſſiōis mee ſp dēs i corde tuo hr̄e: ⁊ oēs tribulatōes ⁊ aduerſitates q̄s pateris ad iꝑaʒ referre ſpiuſq3 ſilitudi nē q̄tū poſſe ē iduē dēs. Itē cū ex occlta diſpēſatōe tibi ꝯſolatōʒ iternā ſubtraho ⁊ te deſolatū reliquo. dēs ad inſtar viri crucifixi n̄ aliūde ꝯſolatōʒ q̄rē ſʒ patiēter expectaṙ ⁊ ſſū ad pr̄eʒ q i celiſ ē reſpcūʒ hr̄e teipʒ debendo ⁊ oēʒ cogitatū tuū i ipʒ iactādo. Tūc abſq3 dubio q̄to fuerit hois exteriorij maior p̄ſſura ⁊ d̄ſ io hoiſ iterioris cū volūtate dō iūcta: tāto filior eris crucifixo ⁊ acceptabilior pr̄i ꝑaman do: q: re ꝟa h̄ ē pūctū aduerſitatis p qd̄ milites ꝓbatiſſimi i acie xp̄i ꝯſtituti ſtric tiſſie examināṫ. P⁹ cōcupiſcētias tuas n̄ abeas ſʒ eas ꝟilr frāgas tūc felle amāi tudis cū dilecto tuo potabis. Oiʒ hoiuʒ ſalutē ſitias ſupiorib⁹ tuis obiaʒ dūotā ex hibeas: oia opa tua ad ꝟtutū pfectōʒ et debitā ꝑducē cōtēdas ꝯſūatōʒ. Itē oia i fortunia ⁊ ꝯcta triſtabilia clemētie di dēſ ꝯmittē: ⁊ ſic te libē i oi fcō tenē q̄ſi hō q i ꝑcitu miḡtur⁹ ē d̄ h̄ mūdo. Refugiū q° q3 ꝯtinuū i vlnē laṫis mi dēs. q̄rē tāq̄ co lūba i foraīb⁹ petre: q: i h̄ loco ſp iuenieſ copioſiſſiaʒ pctoꝝ remiſſiōꝫ: graꝝ plei tudinē ⁊ a cūctis maliminētib⁹ ſecurā p tectōʒ. Diſci⁹. Unā adhuc petitiūcu lā d̄ hac m̄a dlciſſie paſſiōis tue porrigo vʒ d̄ h̄ q tā breuiter tāgēs ptrāſiſti: q̄lr .ſ. ſe hūerit mr̄ illa venerāda gēitrix tua fideliſſia q̄n iuxta cruceʒ ſtetit ⁊ filiū ſuū dilectū corā oculis ſuis ſuſpenſū ꝯſpexit Sapia. De h̄ licentia⁹ iꝑaʒ adeas ei⁹ ab ore h̄ qd̄ vis diligentius iquiras

Comendatio ſingularis beate virgis ⁊ de dolore eius ineſtimabili quē habuit in paſſione filij. Capitulū .xvj.

S Tabat iuxta crucem ieſu mater eius. Tpe vernali cū ad alta celi ſol incipit aſcēdere: ⁊ terris fundere radioꝝ ſuorum fecundiſſimā luminoſitatē: ecce vegetabilia cūcta hiemali glacie cōſtricta incipiūt reuiuiſcere: aiantia quoqꝫ ⁊ volatilia in antris ⁊ ſpecubꝰ ac diuerſis quibuſqꝫ latibulis abſcondita ad tante lucis nouitatē reſpirare incipiunt: ac vires reſumere: ⁊ cordis letitiā oñdere cantibus ac plauſibꝰ letabundis hoīum quoqꝫ genus ſenes cū iunioribꝰ eius in aduētu exhilarant̄: ⁊ tota ſuperficies terre decore induitur ⁊ applaudit ac cōgratulat̄. Eia corda vniuerſa deū pura mēte amantia perpendite nūc qm̄ ſimiliter nobis accidit cum ſole amicta virgo fecūda celi regina: preelecta vt ſol fineſ cordis noſtri ingredit̄: ⁊ mēoria eiꝰ mentibꝰ noſtris rutilātius īfundit̄ abſqꝫ nube. Cōtinuo nāqꝫ duritia oīs ad tante lucis īmenſitatem reſoluit̄: arida ꝯcta rore celeſtis grē irrigātur: fugant̄ tenebre: lumē nouū exorit̄: ⁊ gaudioꝝ nobis materia īmenſa cumulat̄. Tibi ergo o ſpes noſtra: gaudiū ⁊ letitia cordis nrī: pcōres miſeri in vocē ſalutatiōis ꝓrumpimus: teqꝫ ex ītimo cordis cū gemitu ⁊ lachrymis ⁊ deuota cordis genuflexione affectuoſiſſime mrēm gratie ſalutamus. Gaudēt pueri ad ſonitū organi: ⁊ ad letos rumores corda exhilarant̄ vniuerſa. Sic quoqꝫ ad tuā ſuauiſſimā memoriā totꝰ ex tui diuini amoris incēdio te laudare cupiens quā laudat orbis terre ⁊ plenitudo eiꝰ celi celoꝝ ⁊ omnis virtus eorum. Oīs quippe creature bōitas ad tuā cōparata dignitatem ſic eſt quaſi noctiluce ſplēdor exiguus ad ſolis claritatem īmenſam. Te nāqꝫ diuina ſapientia ſic excellēter ſua grā decorauit: ⁊ bonitate tā multiplr̄ inueſtiuit ſua incōprehēſibiliſ in te relucēs ſapiētia deſiderabilior nobis ex tua refulgētia reddat̄: Cū mente pertracto viros illuſtriores: q te laudauerūt ab initio: pre ſtupore deficio: ⁊ vltra ſpūm nō hēo. Sꝫ cū ad meipm redeo: hoc intra me reuoluo. d. O ſalue pia virgo decus virginū. Quicqd vnqꝫ de tuo preconio lingua dicere potuit: calamꝰ ſcribere valuit: cor potuit cogitare: oībus illis ſimul collectis ⁊ ꝯſcriptis ⁊ in vnum manipulū violaꝝ congeſtis: cētuplicata ⁊ infinities multiplicata corde deuoto: aureo cū decore: mellifluo ſapore ⁊ odore arōatico tibi porrigo ad laudandū ⁊ glificandū te virgo btā nūc ⁊ in eternū. Cū te intueor: celū ſydereo micans ſplēdore mihi videor intueri: paradiſum voluptatis me puto inhitare i memor nrī ex magnitudine tui: ſtupens ex īmenſitate glīe tue ⁊ ꝓclamans cū virtute. O altitudo diuitiarū ſapiētie ⁊ ſcīe dei: qꝫ letabūdo corde exultaſti: cum hanc tā nobilē creaturā tā perfecti decoris huic mūdo in gaudiū cōdidiſti. O oculi virginales nimio fulgore micātes: O gene rubētes: o crines aureo ſplēdore nitentes: feliciſſima labia tua, crebris oſculis filij deificata. Et lꝫ totū quod ī te eſt circino diuīe ſapīe prudentiſſime ſit formatū ⁊ decētiſſime ꝑornatum: ſinglr̄ tn̄ miſeris vbera tua que lactauerūt regem dn̄m dulcius nobis ſapiunt. qm̄ ex eis vita ꝓcedit: ⁊ dulcedo emanat q̄ cūctos languidos ſanat. Felix ꝓinde mulier illa que tam verā qꝫ iocūdam de hac re protulit ſniam: in turba exclamans ⁊ dicens ad ſaluatorem. Btūs venter qui te portauit ⁊ vbera que ſuxiſti. O beata vbera que lactauerūt xp̄m dn̄ꝫ. Veſtra nāqꝫ ab vbertate atqꝫ vberrima fecunditate celigene letātur atqꝫ terrigene ac dulcibus veſtris recreant̄ ex fructibus. Hec velut hinuli capree gemelli qui paſcunt̄ in lilijs donec aſpiret dies ⁊ inclinent̄ vmbre. En cōditor orbis corpora celeſtia ornauit ſyderibꝰ: corpora elemētaria aiantibus atqꝫ volatilibus: nemo-

ra folijs virentibus:pꝛata floꝛibus riden
tibus:ſed ſuper hͦ omnia virgo beata coꝛ
pus tuum ſãctiſſimis decoꝛaui ⁊ operibꝰ
Hec ſunt due oliue ſpõſe ⁊ vberrime li-
quoꝛez grẽ lactis ac mellis ſuperis ac in
feris ꝓpinãtes:pomella niuei cãdoꝛis q̃
a ſpũ ſcõ fecũdata ⁊ in lignͦ qð eſt in me-
dio paradiſi collocata:fructum immoꝛ-
talitatis ꝯferunt deguſtata.Hec ſũt ma
la granata aurea ſperule ac lilia templũ
adoꝛnãtia veri ſalomõiſ:mãdragoꝝ odo
ri fere in hõto delitiaꝝ plãtate:botri vi-
nearum engaddi coꝛdibꝰ miſoꝝ leticiaz
cõferentes ⁊ triſtitiã ꝺpellentes. Melio
ra quippe ſunt vbera tua vino:fragrãtia
unguentis optimis.In vino nãqꝫ eſt lu
xuria ⁊ delectatio terrena:in his ãt ꝑhia
lis aureis cõcupiſcentie:noxie pleniſſima
extinctio:⁊ celeſtis qdã ⁊ ſupernãlis de-
lectatio. Nouit q guſtauit q̃ꝫ citiſſime ⁊
perfectiſſime omnis voluptas carnalis
euanuit:cuz de lacte graꝝ tuaꝝ guſta-
tum fuit.Ad frãgratiã qppe vnguento-
rum ſupernoꝝ virulenti ſpentes territi
fugabãtur:⁊ ſuſtinere nõ poterãt pñtiaz
tãte puritatis.Jmpleta tunc gaudebant
viſcera munere inſolito ſatiata:ligua q-
dem obmutuit:ſpiritus vero in dño exul
tauit.Oculi flebãt:⁊ dulces lachꝛymas
deducebãt:os autem hunc ſuauiſſimuz
ſapoꝛem ⁊ diuiniſſimum liquoꝛem diu-
tius tenere:⁊ freq̃nti ruminare pio co-
namie ꝯtẽdebat:clamabãtqꝫ omnia in-
terioꝛa piter dicentia: qm̃ melioꝛa ſunt
vbera tua vino fragrãtia vnguentis op-
timis.Qui intelligit intelligat. O mater
venerãda ſalua genitur tue vꝫ eterne ſa
pientie bonitate immenſa:cum hoc to-
tum qð habes ab eo ſit a quo omne bo
num ꝓcedit:nihilominus tñ aliqd eſt qð
dulcius ac ſuauius inuenire ſibi videtur
anima miſera cum ad vbera tua cõfugit
dulcedine ⁊ gratia plena q̃ꝫ cum ad vi-
num ſpirituale accedit quod ꝓpinat eter
na ſapientia.Jbi nãqꝫ perfecta ſentitur
ſuauitas:hic autem mixta quedam acer-
bitas percipitur. Siquidem illa eterna
ſapientia baculo conſolatiõis virgã ſub-
iungit diſtricte coꝛrectionis. En mater
beata:adũtere potuiſti quotiens me ſua
uitate vboꝝ ſuoꝝ quaſi lactea quadaz
leniuit dulcedĩe:⁊ rurſus dñatõe ſua q̃ſi
auſteritatẽ vini ſupifũdẽdo mihi timo-
rẽ icuſſit:hic vbera ꝯſolatõis:illic vba ex
hibens diſtricte coꝛrectiõis.Et cuz ipſũ
iã habere velut ſpõſuz chariſſimuz gau-
derem:ſubito diuinitatis eiꝰ recoꝛdatiõe
ſtupefactus vt iudicem meuz depꝛeca-
bar.Et cuz interduz lac peterem: repu-
lit:⁊ quaſi ablactato ſup mr̃e ſua aceto-
ſam tribuit auſteritatem.Tu autez qd?
Uere a planta pedis vſqꝫ ad ũticez ñ eſt
in te qcq̃ꝫ amaritudinis vel auſteritatis
ſed totum qð in te eſt puriſſima eſt dul
cedo:incõpabilem hñs ſuauitatem om-
nium aromatum ⁊ vnguentoꝝ ſupans
fragrãtiam ⁊ pꝛetioſitatez.Tota foꝛmo
ſa ⁊ ſuauis es:nil hñs duritie vel ſeueri-
tatis:facie benigna:vultu ſerena: vbis
mellita:ſuauis ⁊ decoꝛa:bonitate fecun-
da:gratia plena.Jn te nãqꝫ omnis gra-
tia vie ⁊ veritatis:in te omnis ſpes vite
⁊ virtutis.Uinum cum lacte ſuggit a ſa
pientia eterna:ſed fauus cum melle:a te
ſuſcipit dulcedo puriſſima.Que ſũt au-
tez hec verba tua dulciſſima? Pꝛoꝛſus
hec ſunt.ſ.q omnes pctõres ſinu recipis
benigniſſimo:⁊ receptos tuo fideliter re
cõcilias filio.O theſaurus pꝛetioſus mi-
ſeroꝛum.En cum ſummum regem pec
cando perdimus:cum offendiꝰ angelos:
cum etiam nobis metipſis graues ſu-
mus ⁊ oĩno neſcimꝰ qd agere debeamꝰ
hoc ſolum reſtat miſeris vt oculos coꝛ-
dis ⁊ coꝛpoꝛis ad te leuemus ꝯſilium q̃-
rentes petentes auxiliũ.O exultatio coꝛ-
dis mei vnica ſpes:⁊ gaudium vite mee
tu ſcis quotiẽs amaro animo:coꝛde tur
bato:facie lachꝛymoſa:cũ deum offen-
deram ⁊ me filium gehenne futurum ex
timabam cum inimicis vndiqꝫ vallatus
fueram:oculos ad te piiſſima vgo le-

uans:tuo adiutoꝛio Virgo beata euaſi pi
cula cuncta. Gaudeāt alij de ſua inno-
centia:alij letentur de meritoꝛum ſuoꝝ
copia:alij de dei miſericoꝛdia immedia
te exultent:tu mr̄ mea:tu ſpes ⁊ ſolatiū
vnicum vite mee. Cum totꝰ de deo ⁊ de
meipſo deſpero in te cogitādo:te cōme-
moꝛādo quaſi de pꝛofundiſſimis tene-
bꝛis reuiuiſcit ſpūs meus. Tu es gloꝛia-
tio mea:ſalus honoꝛ ⁊ vita mea. Sꝫ vn̄
mihi hoc o ſpes mea? Nimirū qꝛ mul-
tos habes dilectos filios quos ſaluare po
terit ſua innocentia quibꝰ pꝛopꝛia ſuppe-
tunt bona opera:qui dicere pn̄t cum vi-
ro iuſto. Neqꝫ vnq̄ꝫ repꝛehendit me coꝛ
meum in omni vita mea. O meroꝛ ⁊ lu-
ctus coꝛdis mei imenſus. Mater dulciſ-
ſima:mater noſtra:mater inq̄ꝫ noſtra ſin
gulariter qui miſeri peccatoꝛes ſumꝰ: tu
ſcis qꝫ tota vita mea eſt repꝛehenſio pu
ra. En reſpice ſuper infirmū tuū. Non
ſum.n.dignus vocari filius tuus:fac mi-
hi ſicut vni ex miſeris egrotis tuis. Re-
coꝛdare pia mater qꝫ matres ſuos fouer̄
ſolent ſolicitius egrotos:eiſqꝫ cōpati ma
gis ⁊ diligentioꝛem adhibere curā. Ti-
bi dꝛelictus eſt pauper:oꝛphano tu eris
adiutrix. Tibi nota ſunt vulnera mea:
mater pia infirmos tu viſita moꝛtuos
reſuſcita:⁊ da meſtis ſolatia. Accedant
ad ſapientie tue lumen qui iuſte ⁊ ſancte
vixerunt. Heu me ego autem miſer pec-
catoꝛ totus perfuſus lachꝛymis ſub tua
pꝛotectione confugio non audens ad pn̄
tiam tāte lucis nudus ⁊ egenꝰ apparere.
ſꝫ ad te matrē cōfugio. Tu ſpes mea tur
ris mea:in qua finē totiꝰ ſalutis mee cō-
ſtitui. Si qꝫ abſit iudex iratus ſeruum
ſuum peccati reum damnare voluerit:ꝑ
manus tuas piſſimas hoc faciat. Si aūt
ex gratia ſaluare decreuerit:te median-
te ſalutem mihi mittere dignetur. Ego
a te neqꝫ viuus neqꝫ moꝛtuus nec i pꝛo
ſperis nec in aduerſis vnq̄ꝫ volo ſeparari
qnimmo ſi qꝫ abſit domini mei inſanus
⁊ repꝛobus factus obliuiſci voluero. tui

nunq̄ꝫ obliuiſcar te nunq̄ꝫ dimittaꝫ. Me
moꝛia tua ſuper mel ⁊ fauum in oꝛe mo
indulcoꝛatur:facies in te exhilaratur:coꝛ
iocundatur ⁊ tota virtus mea pariter ex
ultat. Nec imerito. Quotiens enim ab
vberibus conſolationis tue ſatiatus ſim:
tu pia noſti:que miſero peccatoꝛi reme-
dia ſalutis talia contuliſti. Eia ergo ad-
uocata noſtra:ſurge pia:conſurge pꝛopi
tia:conuerte illos tuos miſericoꝛdes ocu
los ad nos.⁊ placa tuum vnigenitum a
nobis totiens offenſum. Tu nāqꝫ es reo
rum aduocata:ideo accede pꝛopius ⁊ pe
te pꝛo nobis qſumꝰ. Nihil eniꝫ tibi dene
gare poterit filius generoſus tibi dilectꝰ
O eterna patris ſapientia ecce nūc in pa
trocinium tibi adduco illam mr̄em tuaꝫ
dulciſſimā tibi eā pn̄tans:me poſt tergū
ſuum abſcondens: oculos non audens
leuare ante facieꝫ gloꝛie tue per ipaꝫ cu
piens exaudiri. Ipſam queſo honoꝛa: ip-
ſam venerare. Qualiter cum conueni-
entia talem matrem poteris repellere.
Que ſi etiam milleſies in die acceſſerit:
repulſam non habebit. Exaudi exaudi
me domine pꝛopter tuam bonitatem et
matris tue dilecte ſingularē honoꝛem.
Nā ſicut te patri celeſti ac genitoꝛi tuo
aduocatum exhibeo ⁊ auxiliatoꝛem: ſic
tibi dilectam matrem vt meam exhibeo
auxiliatricem:vt imperfectum meum eiꝰ
ſuppleat grate ⁊ acceptabilis pn̄tie ma-
gnitudo. Nunc igitur o pꝛeclara ſapien
tia attende matrem gloꝛioſam. Reſpice
oculos tue dulciſſime matris coꝛam te ꝓ
nobis interpellantibus quibus te mater-
no in gremio geſtans tam placide intue
batur:genas eius roſeo coloꝛe perfuſas
quibus faciem tuam delicatam mater-
no affectu ſibi ſociauit. Ah q̄ꝫ felicia la-
bia quibus os tuum benedictum.oculoſ
pꝛefulgidos ac ſingulos quoqꝫ nobiliſſi-
mos artus creberrime peroſculata fuit:
blanda miſcens interdum oſcula verbis.
Cerne manus has que tibi miniſtrauer̄t
vbera dulciſſima ac feliciſſima que te la

etauerunt:o piiſſima dulcedo. Ecce fas
nō eſt vt iſta inſpiciens ⁊ rememorās tā
te matri a te qcq̄ʒ negetur: que te deum
celi genuit: lactauit: fouit: ⁊ ad incremē-
ta vſqʒ perduxit. Remiſcer queſo omni
um ſeruitiorum ⁊ exhibitionum que tu-
is in infantilibus ānis ab ea recepiſti cū
te in gremio infantem delicatum tenēs
oculos ridentes ad blandientem tibi ma
trem retorſiſti ⁊ brachijs delicatiſſimis
tibi arridentē amplexatus fuiſti eāqʒ pre
cunctis tenerrime dilexiſti: omniūqʒ do-
lorum recordare quos in cruce ſtans in
pectore ſuo materno pertulit pio cōpaſ-
ſiōis affectu. Stabat nāqʒ iuxta crucem
ieſu mater eius. O verbum totius com-
paſſiōis. Quāuis enim o viſcera mea ex
intimis mouere vos debeant dolores ⁊
afflictiōes tam pij ſaluatoris pendentis
in cruce: iure tamen ſingulari: nobis qui
aliquando peccatorum tenebris inuoluti
nunc autem adiutorio genitricis dei ad
lucem reducti ſumus conuenit: tante ma
tri iuxta crucem ⁊ immenſum dolorem
patientis filij in corde ſuo pleniſſime ſu-
ſtinentis ſpecialius quodāmodo ac pecu
liarius compati ex medulis cordium no-
ſtrorum. Per quam eniʒ miſeri conſo-
lamur: iuſtū valde eſt vt ei quoqʒ patiē
ti compatiamur. Et licet vt dignum eēt
ſibi compati non poſſimus: ſaltem dolo
rem eius ad memoriam reuocando de-
uotionem cordis noſtri prout' poſſumus
fideliter excitemus: magnitudinem luc-
tus pie matris nobis ignotam ex manife
ſtis nobis doloribus velut' a longe conie
cturando īquiramus. Interroget igitur
ſe vnuſquiſqʒ amator ſi illō amabile qō
intenſe amat ignominioſe morti traditū
videret: quid doloris ēēt ex hoc ꝯtigeret ⁊
q̄ʒ vehemēti compaſſione moueretur: lʒ
tale quid amans i ſe minime perciperet
hec piuſ anim' reuoluat: ⁊ ex hijs credibi
le nimis erit quicquid de eius dolore di
ci poterit que p̄ cunctis mortalibus ama
uit ⁊ doluit cū dilectū morte turpiſſima
condēnatū vidit. O maria qd cordis erat
tibi: cū iuxta crucē ſtabas ⁊ ieſuʒ bn̄dictū
fructū ventris tui ſic ſuſpēſum cernebas
Utiqʒ rō hoc dictat: experientia ꝓbat: ius
amoris approbat q multū dolebaſ. Mul
tum dolebas: q: multū diligebas. Si. n.
ſola memoria paſſionis filij tui nō nulloſ
deuotos ob magnā cōpaſſionē quaſi ex
animes reddidit: quid fecit crudeliſſime
paſſionis preſentia in ea que ipſum mun
di ſaluatorem patientē generauit? Si
hec memoria tantuʒ feruet in corde pec
catorum: o quantum eſtuabit in men-
te ſanctiſſime matris Uirgo beata ſci-
mus quanto quis expertus amoris di-
lectum ſuum feruentius diligit ⁊ quan-
to dilecti pn̄tia honorabilior: ⁊ delectabi
lior ac vtilior ſibi exiſtit: tanto eius priua-
tio maiorē triſtitiā adducit. Sed vere et
abſqʒ oi dubitatione credo q dilecti tui
grata pn̄tia in oi gratia cunctoꝝ morta-
liū pn̄tiaʒ incōparabiliter excedebat. Re
ferat ergo nobis mater ſi filiū ſuū in tan
ta dilectione hūerit vt ⁊ eo letari potue-
rit vel etiā triſtari: ꝓcedat nūc in mediū
⁊ taliter nobis rn̄deat viua voce: corpore
qdem abſens ſpiritu vero pn̄s ⁊ dicat.

Qui me humilē ācillā ex gratia digna
tus eſt in matrē eligere ipſe cor meū ar-
dentiſſimo amore ſibi ꝯſtrinxerat: vt nuſ
q̄ʒ niſi de ipſo ⁊ in ipſo ſpūs meus ſūmā
leticiā ⁊ triſtitiā poſſet recipere. Naʒ in
ipſo cuncta poſſederam: eiuſqʒ dilectio
erat mihi totius orbis plena poſſeſſio.
Anima mea ibi erat vbi ieſus erat: ma-
giſqʒ in ipſo quam in me ipſa viuebam.
Spetioſuʒ forma pre filijs hominuʒ in-
ſpicere erat cordis mei iocunditas: diui-
nitatem eius contemplari dulcis ſuaui-
tas. Cogitare de eo mihi preſtabat gau-
dium: de eo loqui dulciſſimum fuit ſola
tium. Uerba ex eius ore audire ſuauiſſi-
mum mihi erat organum. Ipſe cordis
mei erat ſpeculum oculorum meorum

ſpectaculum:celeſtia ſimul ⁊ terreſtria
queqꝫ bona ſua mihi p̄ntia optata pꝛe-
bebat. Nūc igitur filium vnigenitū coꝛ-
dis mei theſaurū pꝛetioſuꝫ cū oculis ele
uatis vidiſſem ſic contēptibiliter in cru-
ce cum latronibus ſuſpenſum ⁊ doloꝛi-
bus moꝛtis anguſtiatū:ah ꝙ̄ intollerabi
lis mihi hic aſpectus erat. O ꝙ̄ lamēta-
bilis ⁊ penoſa hec mihi viſio fuit. Aīa
mea pꝛe doloꝛ̄ cruciabaṫ:viſcera mater
na ſauciabātur ⁊ cōmoꝛiebantur omnia
oſſa mea. Uirtus oīs euanuit: ſenſus a
me receſſit:⁊ calamitas me oppꝛ̄ſſit im-
menſa. Oculos lachꝛymoſos ſurſuꝫ leua
ui:dilectum meuꝫ ſuſpēſum vidi:nec in
aliquo ſibi ſolatiuꝫ ferre potui. Reſperi
deoꝛſum ⁊ cū doloꝛe īmenſo vidi eos q̄
theſaurū meū rapuerant:⁊ tā crudeliter
vexantes toꝛquebāt. Oꝙ̄tuꝫ aīa mea in
me anguſtiabaṫ:ꝙ̄ magno crutiabatur
doloꝛe. Coꝛde pꝛiuata eraꝫ:qꝛ ipē mihi
coꝛ abſtulerat:⁊ ſimul ſecū crucifixum te
nebat. Uocem pꝛe clamoꝛe ⁊ eiulatu a-
miſeram:⁊ vix loqui poteram. Defeci p̄
doloꝛe:coꝛrui pꝛe meroꝛe:reſumpto autē
vtcunqꝫ ſpū in hec ⁊ ſimilia verba pꝛe-
rumpebam. O gaudium ⁊ exultatio ſpi-
ritus mei:lumē oculoꝛū meoꝛum quon-
dam te vidi coꝛdis mei cū letitia ⁊ exulta
tione:nūc autem cū immenſa triſtitia ⁊
meroꝛe. Heu heu me ꝙ̄ miſerabiliter te
nunc pendentē intueoꝛ. O dimidium a-
nime mee:conſolatio vnica vite mee:tol
le queſo tecū matreꝫ meſtiſſimā: qꝛ mo
ri valde cupio:viuere ſine te ampliꝰ non
potero. Nō me fili dulciſſime derelin-
quas:ſed me tecum pariter accipias. O
qs mihi det vt ego moꝛiar pꝛo te? O do
loꝛes incomparabiles matris oꝛbate:de
ſtitutio genitricis deſolate. Moꝛi ⁊ eniꝫ
video in quo vita mea ⁊ tota ſalus mea
conſiſtit. Cumqꝫ hec ⁊ his ſimilia verba
triſtia mater meſtiſſima pꝛoſeq̄retur:fi-
lius doloꝛis ſui ipſius quodāmodo oblitꝰ
matrem dulciſſime cōſolabaṫ. Moꝛiēs
⁊ recedēs me licētiauit:⁊ diſcipulo queꝫ
ſingulariter diligebat recomēdauit. Cū-
qꝫ vocē filij loquentis coꝛ maternum p̄
ciperet:doloꝛe vehemētiſſimo eſtuaṙ ce
pit:⁊ gladius meroꝛis pertrāſiuit aīmaꝫ
fideliſſime matris. Leuaui manꝰ ſurſuꝫ
pꝛe coꝛdis deſiderio tāgere cupiens dile
ctum meū:vt vel ſic doloꝛi ⁊ amoꝛi me-
lius cōſulere potuiſſem. Cūqꝫ aliud ſola
tium nō hērem ſanguinem fumanteꝫ ⁊
ex vulneribꝰ filij ad terrā vſqꝫ ſtillātem
nimia cū auiditate deoſculabaṫ: intan-
tum vt faties matris de cruoꝛe filij occi
ſi ſanguinolēta redderetur. O ſi vidiſſes
in illa hoꝛa lamētabili miſeriā matris fi
lio cōpatientis doloꝛem filij matri con-
dolentis:matrē ꝓ filio moꝛituro meren
tem:filiū matrem deſolataꝫ dulciter cō
ſolātem:ſine interno cōpaſſionis vulne-
re hec audire ⁊ videre nō potuiſſes. Tā
dem igiṫ poſt expirationē filij cū de cru
ce deponeretur o ꝙ̄ affectuoſiſſime bꝛa-
chia eius depēdentia ſuſcipiebaꝫ:⁊ moꝛ
tuuꝫ filium gremio materno colligebaꝫ
affectu materno ip̄m amplexabar:riga-
bam lachꝛymis faciē moꝛtui: ⁊ recentia
vulnera frequētibꝰ oſculis liniebā. Res
miſeranda vitā coꝛdis mei intuebar ⁊ ec
ce moꝛtuꝰ erat:reſperi iterū atqꝫ iterum
⁊ nō erat vox neqꝫ ſenſus. Loquebar ei
⁊ nō reſpōdit mihi:rugiebam a gemitu
coꝛdis mei. Aſtabāt nāqꝫ qui mihi moꝛ
tuuꝫ meū theſauruꝫ meum auferre ⁊ ſe
pellire volebāt. Tūc flebam ⁊ gemebā
⁊ voces lamētabiles dabaꝫ. Coꝛ pꝛe do
loꝛe cōcutiebatur:cum dilectū filiuꝫ bꝛa
chijs maternis cōſtrictuꝫ auellere cona
bant. Faciē meam lachꝛymoſam ipſius
vultui applicabam. Faciem ſuaꝫ ſepius
inter manus accipiens crebꝛiꝰ aſpitiebā
⁊ gemebaꝫ:qm̄ amaritudine plena erā:
nec erat qui hoc intueretur ⁊ matri pati
enti nō compateretur. Demū poſt ſepul
turaꝫ filij cum magno valde doloꝛe re-
ducta fui. Sꝫ in eius reſurrectione cum
ip̄m taꝫ gloꝛioſum vidi plenā cōſolatio-
neꝫ recepi:⁊ ſic mā doloꝛū in māni trā-

fijt ſpiritualiũ gaudiorum. ¶Porro nos q
hec nõ ſine gemitu ⁊ fletu audire nõ po
tuimus interrũpere ſermonẽ tuuꝫ virgo
mater cogit cõpaſſionis noſtre vehemẽ-
tia ⁊ exuberãtia tantarum lachrymaruꝫ
quib⁹ tibi o virgo pia cõpatimur ex inti-
mis viſceribus cordiuꝫ nr̃orum. O q̄ȝ in-
duratũ eſt cor qđ tibi ex intimis nõ com
patitur: q̄ȝ male exſiccati oculi qui te ſic
flenteꝫ videntes nequaq̄ȝ queũt lachry-
mari: q̄ȝ frigidũ pectus qđ ex his non ge
mit. O vtinã ꝯmorantur tecuꝫ ſimul ẽt
oĩa oſſa mea. Bñdicta brachia tua iter
que iã dilectũ recliatũ video: gene quo-
qȝ rorſere materne felices ſanguieꝫ co-
lore vernantes: pectus tuũ maternũ ſuꝑ
bñdictũ tanti doloris cõtentiuũ ſuꝑ quo
iam oculis cordis video regẽ meũ iclina
tum. O reclinatoriũ aureũ p̄ cũctis thro
nis eburneis ſedibuſqȝ deauratis p̄ele-
ctũ: ad hanc horã ſeruatũ: vt auctorẽ vi-
te ſupportet vita priuatũ. Sed qđ dicaꝫ?
En corã te mr̃ pijſſima mẽte lachrymo
ſa tã poſitus te obſecro ⁊ adiuro in dño
vt mihi tuũ chariſſimũ theſaurũ regẽ ⁊
dñꝫ meũ ꝓ me paſſũ ⁊ mortuũ ſub hac
forma qua ipſuꝫ in gremio tuo ſub cru-
cis ligno palidũ ⁊ liuore plenũ meditati-
onis oculo intueor: p̄beas: vt hoc ipſum
qđ eſt cõpaſſionis ⁊ doloris qđ tibi cor-
poraliter ⁊ p̄ñtialiter tunc cõceſſũ fuit tã
q̄ȝ matri: mihi ſaltẽ ſpũaliter ⁊ memoria
liter ꝓut cõpetit miſero pc̄ori concedat̃.
Da mihi ſaluatorẽ meũ: p̄be quẽ diligo
q: expectare amplius non valeo. Suſci-
pe nũc aĩa mea dilectũ de dilecta: ⁊ di-
lectionis atqȝ cõpaſſionis affectuoſiſſi-
me ei p̄be indicia. O dilecte mi ſalutare
meũ ⁊ liberator meus: amor meus ⁊ glo
riatio aie mee: ecce nunc affectu feruidiſ
ſimo totus ab oibus abſtractus: oib⁹ vi-
ribus aĩe mee ſimul collectis ad te con-
uertor: te intẽte intueor cuꝫ oĩ nixu ⁊ co
namie q̄ȝtũ vnq̄ȝ poſſibile fuit dilectuꝫ a
dilecto amoroſe proſpectari. En dilecte
mi cordis mei tricliniũ tibi ſoli ſeruatum
⁊ huic mũdo clauſũ: ad hanc vocẽ reſe-
rat̃ te ſuſcipe cupiẽs p̄ illapſum. Sinus
oium deſiderioꝝ meoꝝ ſic iam ſe ad te
expãdens dilatat̃: veluti cuꝫ roſa a gelu
noctis clauſa ad ſolis radioſum ſplendo
rem ſe aperire feſtiat. Anima mea tota
amore calẽs brachia deſideriorũ meorũ
ampliſſime expandit: ⁊ tibi gratanter oc-
currit: ac inter candentes lachrymas in
amplex⁹ ruit ſpũales. Eia tota ſal⁹ mea:
⁊ ſic tali ignito vehemẽter deſiderio af-
fectu feruidiſſimo te nunc inter brachia
aie mee ſuſcipio: te contẽplor: tibi vnior:
cum reuerẽtia ⁊ laude ⁊ gratiarũ actiõe
te obſecrans per tue miſericordie viſce-
ra vt hanc mortem pretioſam fruſtrari
in me non permittas: ſꝫ me nunc ad gra
tiam receptum tibi vnias tam efficaci-
ter vt neqȝ proſpera neqȝ aduerſa me a
te vnquaꝫ valeant ſeparare. Ecce oculi
mei palidam faciem tuam fixe intuẽtur:
tota anima mea amore tuo reſoluta: vul
nera ſanguine cruentata crebrius pero-
ſculatur: omneſqȝ vires ⁊ potentie mee
fructu paſſionis huius lachrymoſe pa-
ſcuntur. Sub vmbra nanqȝ illius quem
dudum deſiderabam nunc ſedi: ſꝫ ⁊ fru
ctus eius dulcis gutturi meo. ¶Non im-
merito. Sunt ⁊ enim nonnulli qui, de
vite ſue gaudent puritate: alij de meri-
torum ſuorum preſumunt multitudine:
aut exercitiorum ſpiritualium immenſi-
tate letantur. Ego auteꝫ quid? Uere to-
ta ſpes ⁊ ſolatium meum ex tua depen-
det paſſione: ex meritorum tuorum ma-
gnitudine ac pretioſitate ⁊ mr̃is tue bẽi-
gniſſima pietate vt tu ſolus noſti q pau-
pertatem meam conſideraſti. Et ideo
hec dominice paſſionis recordatio mi-
hi eſt cordis in domicilio affectuoſo re-
condenda ⁊ verbis ac operibus opitulã-
te gratia proſequẽda: ⁊ omni honore ac
reuerentia magnificanda. O rex regum
domine dominantium: quem ſic mor-
tificatum ⁊ miſerijs afflictum oculis fi-
dei pleno affectu anima mea iam am-

plectit̃: ꝯcede mihi vt ⁊ te glorioſũ atq₃ ſublimẽ ⁊ ſup̱ aſtra celi ad dexteraʒ pr̃is ſedenteʒ perẽniter videre merear. Sed ⁊ tu virgo beata mr̃ piiſſima que iuxta crucẽ filij tui ſtetiſti ⁊ doloris ei⁹ vulnera in aĩa tua efficaciter ꝑſenſiſti ac ſanguinis eius aſꝑgine rubricata fuiſti eiq₃ ſola fidelitatẽ ꝑfecrã vſq₃ in finẽ ſuaſti. ⁊ magno cũ dolore a tumulo tui filij ſe- ꝑata fuiſti: tibi hec oĩa cõpaſſionis vulnera ꝓ ſingulari gloria ad memoriã reuoco virgo pia. Et ſicut nũc quoq₃ affectu deuoto iter cordis mei brachia o mr̃ venerãda te excipio ⁊ ꝯpaſſiõiſ te lachrymis aſſociãs ꝑ portã citatis quõdã hierusalẽ ad domũ deduco p̃teritoꝝ geſtorũ ſub exẽplo: ſic mr̃ gr̃e in extreme hore examĩe aĩa mea ⁊ cũctorũ eterne ſapiẽtie diſcipl'oꝝ de corpis ergaſtulo exeuntiũ a te ſuſcipiãt̃ ⁊ ad illã celeſtẽ hieruſalem cũ gaudio ꝑducant̃. Amen.

Explicit primus liber. Incipiunt capitula ſecundi libri.

Materia hui⁹ ſecũdi libri ẽ de his q̃ ĩ capl'is ĩfraſcriptis cõtinent̃. vʒ

De diuerſitate admirãda doctrinarũ atq₃ diſcipuloꝝ. Primũ capitulũ.

De ſcia vtiliſſima homini mortali q̃ ẽ ſcire mori. Secundum capitulũ.

Formula compendioſa vite ſpiritualis. Tertium capitulum.

Qual'r xp̃s in ſacr̃o eucharĩſtie ſit deuote recipiendus. Quartũ capl'ʒ

Quõ eterna ſapiẽtia ſit ex toto corde ⁊ ex tota anima iugiter omni tẽpore laudanda. Quintuʒ capituluʒ.

Informatio qualiter p̃dcã ſint trahẽda ad ſmões ⁊ collationes. Sextũ cap.

Qualiter multi fideles poſſunt diuinam ſapientiam deſponſare: ⁊ quõ per quotidianã quedaʒ leuia exercitia debeant ſe continue in eiuſdem amore renouare. Septimum capitulũ.

Fructus multiplex diuine bñdictionis quẽ diſcipuli ſapientie merẽtur accipe ex eius deſponſatiõe. Octauũ cap.

Incipit Liber Secũdus de diuerſitate admiranda doctrinaruʒ atq₃ diſcipulorum. Capl'm p̃muʒ.

s Apientiã omnium antiquorum exquirebat quidaʒ auidus ſapientie diſcipulus ⁊ narrationem virorũ nominatoruʒ iueſtigabat: verſutias parabolarum ſcire cupiebat ⁊ occulta prouerbiorũ exquirebat. Cor ſuuʒ tradidit ad vigilandum diluculo ad deum qui fecit illum. ſupplicãs vt ipſuʒ de hac vita migrare nõ ſineret: anteq̃ȝ ad cognitionẽ vere ⁊ ſumme philoſophie perueniret. Interim vero dũ de ſtudio ad ſtudium pergeret: ⁊ vndiq₃ hoc quod ſitiebat auide quereret nec vnq̃ȝ id ip̃m qđ querebat ſʒ eius imaginẽ ĩueniret: quadam vice ſibi videre videbatur ſupra ſe quaſi quãdã ſperam auream mira amplitudine diffuſaʒ ⁊ pulchritudine gemmaruʒ pornatam: vbi cũctarum artium ⁊ ſciẽtiaruʒ magiſtri ⁊ ſcholares in vnũ degebant. In ſpera autem predicta due manſiones diſtincte fabricate erant: ⁊ que ibet harum ſuos doctores ⁊ diſcipulos habebat. Prima que ⁊ inferior videlicet liberalium artium ⁊ mechanicarum ⁊ philoſophorum diuerſorum innumeram multitudinem cõtinebat. Ibi aſtrologi in aſtrolabio ſuo ludebãt: phyſici naturas rerum ſubtiliter conſiderabant: geometrici cum dimenſionibus ſe occupabant: muſici certas vocuʒ proportiones dabant: ⁊ quelibet facultas ea que ad ſe pertinebant tractabat: quod medicorum erat medici tractabant: fabrilia fabri. Verum hi omnes quaſi velamen ſuper facieʒ habere videbantur: ⁊ cum eſtu vehementiſſimo laborarent: dulci quodam poculo recreabantur: qđ tamen ſitim ad plenuʒ non extinguebat ſed ariditatem generans ſitire magis ac magis faciebat. In quibus ſcholis dum predcũs diſcipulus paululuʒ ſubſtitiſſet: guſtato huiuſmodi poculo nauſeam ha

bere cepit. Quam ob cauſam his reſi-
gnans ad ſecundam manſionem acceſ-
ſit. Erat autem manſio illa pulchra val-
de ⁊ mira varietate figurarum ſeu pictu
rarum decorata. Stans igitur ante ho
ſtium. talem ibidem reperit ſuperſcripti
onem. Hec eſt ſchola theologice verita
tis vbi magiſtra eſt eterna ſapientia: do
ctria veritas: finis eterna felicitas. Qui-
bus perlectis feſtinanter accurrit ⁊ ſcho
las intrauit cupiens totis viſceribus hu-
ius ſchole diſcipulus eſſe per quaꝫ ſpera
bat ſe ad finem deſideratum peruenire.
Fuerunt in hac tres ſtudentium ordines
atqꝫ doctorum. Quidam in terra prope
ianuam ſedebant. guſtu carentes ⁊ vul-
tum ad exteriora conuerſum habentes:
in ore eorum mellea quoqꝫ verba ab o-
re ſapientie procedentia in liquorem fel
leum conuertebantur. Ex quo potu ine
briati ſpiritu quodam inflatorio diſtēdi
videbantur: ita vt ſtatim in ſuperbiaꝫ ſe
erigerent regūqꝫ animos induerent: pre
laturas ⁊ gradus diuerſos ambirent ac
promotiones quererent: ⁊ in magnis ⁊
mirabilibus ſuper ſe ambularēt. Specu
lationi ſcibiliū ſolum intendebāt: affectu
vero frigidiſſimi remanebant. Ex ore eo
rū quaſi farina ſubtiliſſima ꝓcedebat: ⁊
ſubtilia terebant. Vox eoruꝫ quaſi es ſo
nans aut cymbalum tiniens aures ho-
minum verberabat: ſed ad cor minime
perueniebat. Corā oculis eoruꝫ velut ni-
gri ethiopes demones ludentes ſtabant
⁊ eis cathedras honoris crebrius propo
nebāt. Quibuſdā aurū ⁊ argentuꝫ ⁊ la-
tas poſſeſſiones oſtendebant. quoſdam
vero longa ⁊ colorifera palia induebant
⁊ caputia delicata capiti eoruꝫ ſuperpo-
nentes procedere eos gradu ambitioſo
faciebant. Qui obducto ſupercilio atto-
nitos habentes oculos caput mouentes
ac digitos extendentes. ſapientiam ſuaꝫ
cunctis tranſeuntibus buccis concrepan
tibus oſtentare ambiebant: ſicqꝫ ſapien
tie ſtudentes ⁊ inſipiēter viuentes ab ini

micis callide deludebantur. Erat enim
iſtorū vnus labor ⁊ intentio aſcendere ⁊
apparere. Nam ⁊ ob hanc cauſam ſolū
modo in ſtudio laborabant: vt poſtmo-
dum maiores libertates ad peragendaꝫ
corporis curam in deſiderijs aſſequi poſ
ſent: ⁊ facultatem faciēdi que vellēt am
pliorem ſine cōtradictione hērent. Leo-
nem quippe rugiēteꝫ quis audeat ꝓuo-
care? Rem mirādaꝫ diſcipl's in hac mā
ſione aduertit ⁊ riſu dignaꝫ. Nā celitus
delapſa quaſi pila argētea inter eos cur
rebat: que ex ſua pulchritudine ⁊ pretio-
ſitate oīum in ſe ꝓuocabat aſpectū: que
ab oībus amabatur ⁊ deſiderabat̄. quia
ipa ſe hēntib⁹ gloriā ⁊ honorem preſta-
bat. Hanc dum quidam inter ceteros ⁊
ſuper ceteros doctorum egregius in ma
nu haberet ⁊ ex hoc per totum mundū
ſonaret: eiuſqꝫ doctrina ſingulariter ſi-
cut roſa ſine ſpina ⁊ ſol abſqꝫ nube pre-
clariſſime rutilaret: ⁊ multi hoc videntes
⁊ inuidentes. ſibi pilam de manu aufer-
re modis quibus poterant attentabant:
⁊ nunc ſagittas accutas nūc lapides du-
ros iacientes nihil proficiebant: ſꝫ mirū
immodum in ſeipſis affligebantur ⁊ pro
prijs ſagittis percutiebātur. Hec pila dū
inter eos curreret. ſtudebant hi qui ade
rant non tam ipſaꝫ ꝯprehendere ꝗꝫ pro
poſſe de manu alterius ꝑcutere ⁊ rape-
re: ⁊ oſtēdere ꝙ alius ipām nō hr̄et eāqꝫ
nō tam explicabant ꝗꝫ qbuſdā implicati
onibus inuoluebāt. Fuerūtqꝫ inter eos:
ꝓhpudor mirabiles cōtentiones clamo-
res ⁊ cōtrarietates de hac pila. Hoc au
tem tedium magnū ac diſplicentiam in
animo multorum audientium genera-
bat. Nam per hoc non tā proficiebant
ꝗꝫ gymnaſio vel ſpectaculo vano ſe īter
eſſe delectabant. Quidaꝫ autem eos ſic
circa pugnas verborum languentes ⁊ ſe
mutuo inuadentes ac tanꝗꝫ gallos com
pugnātes deridebant. Cūqꝫ diſcipl's a
circūſtātib⁹ ꝗrēt qd nā hoc mirabl'e eſ-
ſet: rn̄ſuꝫ eſt a quodā ꝙ hec pila argen-

tea ſignificaret veritatem ſacre ſcripture
lucidā ⁊ ſonorā ⁊ incorruptibilē. Subdi
ditqꝫ. Hec veritas a modernis qbuſdaꝫ
nō tā ſtudioſe q̄ritur q̄ȝ īpugnatur: dum
qlibet nō ꝑ ipſa adipiſcenda laborare vi
detur ſꝫ totis viribus ꝓbare cōtendit ꝙ
quis alius ipſā veritatē nequaq̄ȝ habeat
⁊ ex hoc ſe ipſū ꝑferre ⁊ aliū ſupprimere
intendit: ⁊ ꝓinde fiunt ꝓbationes repli-
cationes ⁊ opinionū nouitates mirabiles
q̄ magis in admirationē ducūt q̄ȝ vtili-
tati ꝓficiant audientiū. Sepe veritateꝫ
quā reſerare auditorib' debuerant. qui
buſdā intentionibus ⁊ vocabulorū noui
tatib' ignotis velāt: ⁊ ꝓpter oſtentationeꝫ
vanā ipſam plerūqꝫ reddūt veritatē ob-
ſcurā. Fuerūt ꝑterea ex his nōnulli q re-
pente docere volebāt ꝙ nō opere ſꝫ me
ditatione didicerant: eorūqꝫ doctrina nō
ex vita atqꝫ exercitiorū frequētia ſꝫ ex aſ
firmatione ꝓceſſit ſola. Nā libros ſan-
ctorū patrū q olim vigente religiōe ⁊ flo
rente deuotiōe in vſu erāt: ſicut collatio
nes patruꝫ ⁊ ſimilia deuotionis germia
vbi deuotionis fundamēta ⁊ ſpūalis ſcia
⁊ totius ꝑfectionis cōtinetur ſūma: q̄ ho
minē ad cōpūctionē ⁊ ſui ipſius recogni-
tionē ⁊ deuotionis ꝑdite reſtaurationeꝫ
ac diuinū trahūt feruorē ſpnentes: ad ea
ſe ſcripta vel que ambitioni deſeruiunt
vel q̄ſtui conuertebant. Q̄ ⁊ ſi premiſſa
inſpiciebāt: nō ꝓpter nouaꝫ deuotionis
grām acquirēdā ſed meliorē ꝯſecutiōeꝫ
finis ab ipſis intenti hoc faciebāt. Seip-
ſos nāqꝫ ianiter exaltare vel paſcere pn
cipaliter cupientes humanā intendebāt
retributioneꝫ ⁊ ſic proh dolor: de ſeipſis
deſpātes vel prios pluſq̄ȝ ſeipſos diligē
tes aut certe ſuperiores ſe patribus exti
mantes deuotionis ſtudia nō curabant.
Libros quoqꝫ eiuſmōi puriſſimā deuo-
tionē cōtinentes ꝑmiſerūt ex negligētia
vetuſtate cōſumi ſola ſermonū volumia
⁊ ſi qua ſūt talia q̄ ꝓpria iplēt marſupia
ſtudioſe reuoluētes ⁊ ſibi ꝑcioſe cōpan-
tes ſub ſpē pietatis miſeri ſeipſos negle-
xerūt: ⁊ tn̄ velut ficus fatua q̄ folijs qdeꝫ
abundat fructu āt caret modicū in ꝑpl'o
fructū dederūt: quippe vt homines ver-
borū folijs abundātes fructu deuotiōis
ſteriles remanebāt. Quidā inſup ex eorū
ꝑmo diſcipulorū numero cū ꝑlationes i
tentas cōſequebantur: exinde honeſtatē
quādā vite ac morū cōdignā āte oculos
hoīum quaſi quoddā ſanctū ſeculare hi
pocriſando induebāt. virtutē aūt ei' ab-
negabant. Nā pacē ꝓpriam q̄rentes pa
cē aūt ſalutis aīarū diſſimulantes nimis
remiſſe ⁊ negligēt̄ egerunt. Amicos ſibi
cōſentiētes attrahebant: ⁊ plus iuſto eos
fouebāt: ꝑ quorū fautoriā regimē ſuum
ſtabilire ꝑſumebant in euū. Qui amore
ꝓprio excecati nō videbant vermeꝫ qui
interiora vite ſpūalis corrodit: ſꝫ ſolūmō
ſoliciti erant qualiter deforis ſibi pariter
ac ſbditis ſuis q̄ndā hōeſtā vitā ad ſalu-
tē ꝑciſe ſufficiētē. viuificatorio aūt ſpū de
ſtitus carentē cōpingere poſſent. Hi q̄daꝫ
idola in vita poſita deſtruxerunt: veruta-
men excelſa nō abſtulerūt. Nā ſiqd for-
te ad corrigendū erat ex quo ſibi ꝑiculuꝫ
quodcunqꝫ venire vel etiā diſplicentiam
incurrere timebant. nec cauſam diſſimu
lando conuenienter tranſire poterāt: in
ꝑſona hec ꝓpria facere recuſantes vica-
rios dereliquerūt: ⁊ ea que ipſi veluti gi-
gantes ſolo digito deſtruere poterant q
buſdā pigmeis facienda cōmiſerunt. Vi
dentes aūt hi negocium ſupra virtutem
ſibi īpoſitum ꝑtranſierūt: ⁊ aut non: aut
minus q̄ȝ oportuit fecerunt. Sane recto
res predicti cum lapſum tam notabilem
in ſubditis viderent: hoc emendare ſine
labore ꝓprio cupientes: ꝑcepta multipli
cabāt: ordinationes cōgeminabāt ⁊ ma
gna eiſ onera ⁊ īportabilia īponebāt: ipſi
aūt digito ſuo ea leuare noluerūt. Sub-
diti aūt ex hoc magis indurati ⁊ inolūta
rij effecti culpā ſuā i eorūdem rectorum
negligentias retorquebant. Nam predi-
cti nō erant primi qui ad hoſtes proſtrā-
dos transfretarent ⁊ primi in acie pu-

gnarent: ſed qui ea que honoris erãt vel vtilitatis ſeu cõmodi tẽporalis ſibi vſurpabant: non attendentes quaſi impoſſibile eẽ homines indeuotos ſolis induci verbis ſ; magis operibus bonis ⁊ viuis exẽplis. Si. n. reiecto põpoſo aduentu ⁊ ſũptuoſa expenſa quã faciebant: ipſi qui ceteros emẽdare volebãt ſimpliciter ⁊ humiliter ac frugaliter ſe habuiſſent ⁊ verbis ⁊ exemplis ad omnia ad que ceteros artare volebant ipſi ſe primo dediſſent: vtiqȝ multum profeciſſent. Sed q: multa dicere ⁊ pauca facere contendebant: quaſi ſerpentem cum cauda lubrica manu aliena apprehendebant: ⁊ non ſolum proficiebant: ſed deterius quotidie labi videbant. Et hi omnes predicti de p̃o ordine ſtudẽtiũ ſecũde manſionis erant. Porro hi qui de ſecũdo ordine erant: i ſtatu proprio perſiſtere videbantur. Tertij autem prope magiſtrum cõſedebant ⁊ aquã ſapiẽtie ſalutaris ex ore eius bibentes inebriabantur: in tantum vt ſeipſos ⁊ omnium aliorum obliuiſcerent̃: ⁊ corde ⁊ animo oculis ac facie ſurſum tenderent ⁊ quodãmodo in abyſſum diuine ſpeculationis ac dulcedinis immerſi ⁊ abſorti ad diuina cõtemplanda rapentur. Hi quaſi ſtellatum celum i hoc mũdo fulgebant: ⁊ velut ardens facula ſurſum tendentes in ſe ardebant ⁊ proximos quoſqȝ in dei amore accẽdebant. Tales quoqȝ ad prelationes ⁊ regimina aſſumpti: erant vtiliſſimi. Nam ⁊ gratia diuina ⁊ induſtria humana erant miro modo p̃diti. Cum aũt diſcipulus diligentiſſime hoc conſideraſſet: admiratione maxima tenebatur quid nam hoc eſſet ⁊ maxime de hoc q: de eadem veritate tanta deformitas in diuerſis diſcipulis naſceret̃. intellexitqȝ quaſi vocem docentem ſibi. Tres ordines quos vidiſti tres modi ſũt ſtudendi atqȝ docendi ſacram ſcripturã. Primus modus ẽ carnalis quẽ habent hi in quibus abundat littera ſine ſpiritu: qui q̃to plus litterati: tanto plus ſuperbia inflati atqȝ nociui ſibi ⁊ alijs eſſe noſcuntur: qui non dei laudem ⁊ ſuã ⁊ aliorum edificationem ſed ſuam promotionem querunt. Secundus modus eſt animal' ⁊ eſt in his qui ſimplici quidem oculo in actu ſcholaſtico ea que ad ſalutem ſunt neceſſaria querunt: verũtamen opera ſupererogationis facere ⁊ chariſmata emulari meliora vſqȝ quaqȝ negligunt. Tertius vero qui ⁊ ſpiritualis eſt eorum qui toto cordis affectu ad ea que perfectionis ſunt ſe virib' omnibus extendũt: ſtudioſe operam dantes vt ſicut intellectus eorum ſcientia: ſic ⁊ affectus eorum diuina ſapientia repleatur: ⁊ ſicut proficiunt in cognitione veri: ſic ⁊ in amore ſũmi boni: qui guſtant ⁊ vident quoniam ſuauis eſt dominus: qui ſe ⁊ alios per ſacram ſcripturam ad debitum finem dirigunt ⁊ nihilominus interius ſpiritu dei aguntur. Igitur diſcipulus alijs omiſſis cupiebat cum his manſionem habere ⁊ ſe totum conferre ad ſtudium illius vere ⁊ ſumme philoſophie.

## De ſcientia vtiliſſima homini mortali que eſt ſcire mori. Capitulum. ij.

c Um omnes homines natura ſcire deſiderent o ſũma ⁊ eterna ſapientia ⁊ in te vniuerſali principe ⁊ nãe auctore ad quem nobis eſt ſermo omnes theſauri ſapientie ⁊ ſcientie ſunt abſconditi: ſiſqȝ omnium artifex omnem habens ſcientiam omnia proſpiciẽs: hic auido cordis deſiderio pero vt theſaurũ ſapientie tue mihi aperias ſcientiaqȝ ſãctorũ ⁊ de rebus magnis inſtruas: ⁊ vt materias quoqȝ ſubtiliſſimas ac profundiſſimas nunc pertractans in medium p̃ponas. Sapientia. Fili mi noli alta ſapere ſ; time. Audi me ⁊ docebo te vtilia. Tribuam tibi donum electum. Doctrina mea: ipſa erit vita tua. Igitur exordium diſcipline ſalutaris a timore dñi incobantes qui initium eſt ſapientie: docebo te hec per ordinem. Primo qualiter moriendum ſit: poſtea qualiter viuendũ:

deinde qualiter me debeas ſacramētaliter recipe: demum quomodo pura mēte me debeas iugiter laudare. Diſcipulus. Hoc eſt dñe mi qđ ſemp optaui ⁊ votis omnib⁹ exquiſiui. O ſi ſcirem has artes vtiliſſimas: vz feliciter mori: bñ viuere: te affectuoſe recipe ac deuote laudare: quid ampli⁹ vellez regrere? Sz q̄ſo dic mihi ad quid prodeſt hec doctrina moriendi: cuz mors non habitus ſed priuatio eſſe cognoſcatur? Sapientia. Multum per omnem modum. Sciētia vtiliſſima ⁊ cunctis artibus preferenda eſt hec ſcientia: ſcire .ſ. mori. Scire q̄dem ſe eſſe mortalem omnibus cōmūe eſt: cuz nemo ſit qui ſemper viuat vel q̄ huius rei fiduciam habeat: ſed pauciſſimos inuenies qui ſcire mori ſciant: quia hoc donum dei permaximuz eſt. Scire nanq3 mori: eſt paratū habere cor ⁊ animam omni tempore ad ſuperna: vt quādocūq3 mors venerit paratū eum inueniat: vt abſq3 omni retardatione eā recipiat quaſi qui ſocij ſui dilecti aduentum deſideratum expectat. Sed ꝓhdolor in nōnullis religioſis ſicut ⁊ in ſeculi hominibus vanis: valde m̄ltos iuenies q̄ hāc mortem tātū abhorrent: vt vix eius memoriam admittere velint. Diſcedere de hoc mundo nolunt: quia ſcire mori nundum didicerunt. In vaniloquijs ⁊ iocis ⁊ ſcurilitatibus ac ceteris ſimilibus ſupuacuis rebus multuz de tempore ſuo expendunt: ⁊ ideo cum extimplo mors ſuperuenerit quia male paratos iuenit. miſerā animā de corpore rapit ⁊ ad gehennam deducit: ſicut ⁊ quōdaz tibi quoq3 frequētius frenū ipoſuerat ⁊ te ſecū abducere volebat ſi manus opationuz domini non obſtitiſſet. Tu autez vacua vanis relinquas ⁊ doctrine mee intendas que tibi magis proderit q̄ theſaurus electus ⁊ pre libris omniū philoſophorum. Et vt ardētius te mea hec doctrina moueat ⁊ i corde tuo ſemper fixa pmaneat: iō ſub exēplo ſenſibili doctrine hui⁹ myſterium tibi tradam: quod tibi valde ꝓderit ad ſalutis initiū ⁊ ad cūctarū v̄tutum ꝑficiet ſtabile fundamētū. Uide ergo nūc ſilitudinē hoīs morientis ⁊ tecū pariter loquētis. Diſcipulus hec audiens cepit ſe ab exterioribus colligere ⁊ i ſe ſimilitudinē ꝓpoſitā dil gentiſſime cōſideraꝛ. Erat aūt ante eū ſimilitudo hominis pulcherrimi q̄ morte ꝑu:ntus in proximo migraturus erat ⁊ d̄ ſalute aīe ſue nihil diſpoſuerat q̄ huiuſmodi voce miſerabili clamabat. Circūdederunt me gemitus mortis: dolores inferni circūdederunt me. Heu me deus eterne: ad qđ in hunc mundūz naſcebar? Nat⁹ ex vtero: cur non ſtatiz perij? En pⁱcipiū vite mee fuit cū fletu ⁊ dolore: nūc autem finis ⁊ exitus meus extat cum miſerabili planctu ⁊ merore. O mors q̄ amara eſt memoria tua cordi iocundo ⁊ in delitijs enutrito: horribilis pñtia tua ei q̄ ⁊ etate iuuenis ⁊ robore fortis ⁊ q̄ potiꝛ ſucceſſibus ꝓſpis. O q̄ pax crediditſſē: q̄ tā cito mori debuiſſez. Sed nunc mors repēte quaſi ex inſidijs erūpens irruiſti ſup me ꝯprehendiſti atq3 mille funibus ligaſti: ⁊ in vīculis ferreis trahis ſicut trahi ſolz damnatus ad ſupplicium mortis. Nunc ꝑ dolore ꝯploſis manibus rugitū emitto cupiēs mortē fugeꝛ ⁊ nō eſt locus diffugiēdi. Circūſpicio ad oēz plagā ⁊ deficit ꝯſiliator ⁊ adiutor. Firū eſt: mutari non pōt. Uocē mortis horribilē audio itonātē atq3 dīntē. Fili⁹ mortis es tu: nec opes nec rō nec cognati aut amici valebūt te liberare de manu mea. Finis venit: vēit finis: decretū ē: impleri opz. O mi deus opz me iā mori? Nō pōt hec ſnia imutari? Debeo iā tā cito de hoc mūdo recedere? O mors imenſa crudelitas: o ipietas ⁊ indignatio miſeranda: pce q̄ſo pce iuuētuti: pce nundū mature etati. Non ſic crudeliter agas: nec me ſubtrahas ab hac luce tam improuiſe. Diſcipulus. Hec audiens conuerſus ad euz dixit. Amice: verba tua non mihi videntur ſa

pere diſciplinam. Neſcis q: equuz ē iu-
dicium mortis? Perſonā nō accipit nec
alicui parcit: ſed ſe equalr oib⁹ ꝯdiuidit
nec iuuenis aut ſenis miſeret. Ignorat
nobiles: ⁊ potētes nō veret: diuitē ⁊ pau
perē ſimilr ꝑdit: quimmo plēs ante ꝑfe
ctam ꝯpletionez annoꝝ ſuoꝝ de medio
ſublati ſūt. An putaſ q tibi ſoli mors par
cere debēt: ⁊ tabernaculū tuū fictile in-
trare nō audēt? Et ꝓphete mortui ſūt.
Reſpondēs aūt ſimilitudo mortis dixit.

Sapiētia. Uere conſolator onero-
ſus es tu nec verba tua ſonant ignoran-
tiaz ſ; prudentiā: ſed hi potius inſipien-
tibus ſimiles cēſendi ſunt q impie vſq;
ad mortē vixerūt: ⁊ que digna ſunt mor
te egerūt: nec tn̄ mortez timent vicinaz.
Ceci ſunt ⁊ iumentis iſipiētibus ſimiles
nouiſſima ſua ⁊ que poſt mortez ventu
ra ſunt nō prouidētes. Non defleo iudi
cium mortis: ſed defleo dāna indiſpoſi-
te mortis. Nō ploro q hinc exitur⁹ ſuz:
ſ; plāgo ⁊ lugeo dāna dieꝝ q inutiliter
⁊ ſine oi fructu ptrāſierūt. Qr̄ vixi? Er
raui a via xͥtatis ⁊ iuſtie lumē nō luxit
mihi: ⁊ ſol itelligētie ñ ē ort⁹ mihi. Laſſa
t⁹ ſū i via iniqtatis ⁊ ꝑditiōis ⁊ ābulaui
vias difficiles: viā āt dn̄i ignoraui. Heu
qd mihi ꝓfuit ſupbia: aut qd diuitiaꝝ ia
ctātia ꝯtulit mihi? Trāſierūt omnia iſta
tanq̄ vmbra preteriens ⁊ tanq̄ nuncius
cito ꝑcurrens: ⁊ tanq̄ nauis que ptran-
ſijt fluctuantem aquam cuius cum pre-
terierit non eſt veſtigiuz inuenire nec ſe
mitam carine illius in fluctibus: aut auis
que trāſuolat in aere nullū inuenitur ar
gumentum itineris illius ſed tm̄ ſonitus
alarum verberans leuem ventum: ⁊ ſcin
dens ꝑ vim itineris aerem cōmotis alis
trāſuolauit: ⁊ poſt hoc nullum ſignuz in
uenitur itieris illi⁹: aut tāq̄ ſagitta emiſ
ſa in locum deſtinatum. Diuiſus aer cō
tinuo in ſe reclusus eſt vt ignoretur tran
ſitus illius. Sic ⁊ ego natus cōtinuo de
ſiui eē: ⁊ virtutis quidē ſignum nullum
valui oſtēdere: in malignitate aūt ꝓpria
cōſumptus ſuz. Spes mea tāq̄ lanugo
que a vēto tollit: tāq̄ ſpuma gracilis q̄ a
ꝓcella diſꝑgitur: ⁊ tāq̄ fumus q a vēto
diffuſus eſt: tāq̄ memoria hoſpitis vni⁹
diei pretereūtis. Et ideo ſmo me⁹ nūc
in amaritudie ē: ⁊ verba mea plena ſūt
dolore. Propterea fcūz ē meſtū cor me
um: ⁊ ideo contenebrati ſunt oculi mei.
Quis mihi det vt ſiz iuxta dies ātiquos
qn̄ ſtolla fortitudinis ⁊ decoris indutus
erā: ⁊ annos plurimos ante me hēbam:
vt ꝑagnoſcē poſſez mala q̄ irruerunt ſu
per me in hac hora? Nō curabā tpīs ꝑ-
cioſitatez imenſam: ſ; datis flatibus na
ui ⁊ freno cōcupiſcētie laxato dies in va
nitate deducebā. Pretioſitatez xͥo ei⁹
non attendebaz: ſed me qua ſi bonagrū
liberū natum putabam. Nunc autez ſi
cut piſces capiuntur hamo ⁊ ſicut aues
comprehenduntur laqueo: ſic capt⁹ ſuz
in tēpore malo quod mihi extimplo ſu-
peruenit. Tp̄s preterijt: dilapſuz eſt: re-
uocari a nullo hoīum pōt. Non fuit ho
ra tā breuīs i qua non ſpūalia lucra ſuo
valore icōparabiliter omnia terrena ex
cedētia compare potuiſſez. Heu me mi
ſeruz: ideo nūc ſtillat oculus me⁹ ⁊ pal-
pebre fluūt aquis: q: reuocar̄ qd prete-
rijt nō poſſuz. O mi deus: quar̄ neglexi?
quar̄ tardaui? quamobrez diſſimulaui?
Cur tot dies gṙoſos longiſſimis ⁊ vaniſ
ſimis locutiōibus expendi: ⁊ meipm i tā
tū neglexi? O cordis mei gemit⁹ ienarra
biles: quare ſtudui vāitati: ⁊ quare nō i
tota vita mea didici mori? Eia vos oēs
q adeſtis q meā miſiam videtis q flore
iuuētutis adhuc gaudetis. ⁊ q adhuc tē-
pus hētis aptū: me reſpicite. meaſq; mi
ſerias cōſiderate: ⁊ i meo ꝑiculo dānum
veſtruz declinate. Florez iuuentutis vr̄e
cū deo expendite: tēpus ſacris actionib⁹
occupate: ne ſimilia faciētes ſimilia pa-
tiamini. Heu grata iuuentus qualiter te
perdidi. O deus eterne: tibi conqueror
miſeriā quaz patior. Uerba increpatio-
nis iuuentus laſciuiēs odiuit. Docētib⁹

me acquieſcere nolui: pie admonitiōi in
clinare aurem neglexi. Deteſtatus ſum
diſciplinam ⁊ increpationibus nō acqui
euit cor meum. Ah mi deus: nūc in foue
am profundam cecidi: laqueum mortis
incurri. Melius mihi erat ſi natus nō fu
iſſem q̄ꝫ q̄ tempus mihi ad penitentiaꝫ
conceſſuꝫ taꝫ inutiliter expendi: ⁊ ipſo in
ſuperbia abuſus fui. Diſcipulus. Re
ſpondens autem diſcipulus dixit. Ecce
omnes morimur ⁊ q̄ſi aque dilabimur
ſuper terram que non reuertuntur: nec
vult deus perire animam ſed retractat
cogitans ne penitus pereat qui abiectus
eſt: Audi ergo voceꝫ meaꝫ ⁊ age penitē
tiam de trāſactis ⁊ conuertere ad dn̄m
deum tuum: quia benignus ⁊ miſericors
eſt: ⁊ ſi finis erit bonꝰ ſufficit ad ſalutē.

Similitudo mor. Ad hec ſimilitu
do reſpondit. Quis eſt hic ſermo quē lo
queris: debeo penitere: debeo me con
uertere? Nonne vides anguſtias mortis
me prementis? Ecce terrore ⁊ horrore
mortis taꝫ vehementer perterritus ſuꝫ:
vinculis mortis alligatus ſum: ⁊ anxieta
tibus nimis mens mea premit̄: vt quid
agendū ſit penitus nō videam. Sꝫ quē
admodū perdix cuꝫ ſub vnguibꝰ ancipi
tris mox diſcerpenda cōprimitur pre an
guſtia mōtis quodāmodo exanimis red
ditur: ſic omnis ſenſus a me receſſit ni
hil cogitans ſuper hoc niſi quomodo e
uadē poſſem mortis diſcrimen quod ta
men euadere nequeo. Mortis imperiuꝫ
me premit: ⁊ ſeparatio amara me ledit.
Heccine ſeparat me amara mors. O fe
lix penitentia ⁊ conuerſio matura: quia
ſecura. Qui autē tarde penitētie ſe ꝯmit
tit: dubiꝰ ⁊ incertus erit: q̄ꝛ neſcit vtrum
vere an ficte pēiteat. Ue mihi: q̄ꝛ tādiu
vitam meam corrigere diſtuli: q̄ tandiu
ſalutē meā tardaui. O lōga nimis ꝓtra
ctio emēdatiōis mee: qualiter me negle
xiſti. Propoſitū bonuꝫ ſine incohatiōe:
voluntas ſine opere: promiſſa bona ſine
execucione perdiderunt me. O cras cras
q̄ꝫ longaꝫ reſteꝫ feciſti: ⁊ in baratrū mor
tis me procraſtinādo traxiſti. Decepiſti
me ⁊ deceptꝰ ſum. Nonne hec miſeria
ſuperat omneꝫ miſeriam huius mundi?
Nonne merito ſuper his affligitur cor
meum: ſauciabitur anima mea? En om
nes dies mei pertranſierūt. xx. anni eta
tis mee dilapſi ⁊ perditi ſunt ⁊ miſerabi
liter perierunt. Tranſierunt tā negligen
ter q̄ neſcio ſi vnq̄ꝫ diem ex omnibꝰ his
expendi in volūtate dei ⁊ in exercitio cū
ctarum virtutum tam laudabiliter ⁊ ꝑ
fecte ſicut forte potuiſſeꝫ ⁊ debuiſſem:
vel ſi vnquam placitum famulatum con
ditori meo exhibui tam gratum ⁊ acce
ptum ſicut ſtatꝰ meus requirebat. Heu
me ꝓh dolor: hoc eſt ergo vnde vulne
rantur omnia interiora mea. Ah deꝰ e
terne q̄ꝫ verecūde coram te ⁊ ſanctis om
nibus ad iudicium tuum ſtabo: cum red
dere rationem de tranſactis commiſſis
⁊ omiſſis cogor. Et quid adhuc dicam?
In proximo eſt tribulatio mea vt ex hoc
mundo recedam. Attendite ad me nunc
queſo diligenter. Ecce in hac hora ma
gis gauderem de breui oratiūcula: puta
ſalutatione angelica deuote per me di
cta: q̄ꝫ ſuper milia auri ⁊ argenti. O mi
deus quanta bona neglexi: q̄ꝫ male ac
cidit mihi q̄ hec non prouidi quando
bene prouidere potui. Quot horas nun
quaꝫ redituras perdidi. Quam modica
facta ⁊ negotia inutilia pertractans tam
multa, ⁊ pretioſa bona neglexi: negotijs
non neceſſarijs me implicaui ⁊ neceſſa
ria dimiſi. Aliorū adiutorio pluſq̄ꝫ neceſ
ſe fuit vl' mihi expediebat itēdebā. ⁊ me
ip̄m negligebā. Eorū māibꝰ me ꝯmiſi. ⁊
meipꝫ iuuar̄ ꝑfcē neglexi. Uē nc̄ cogno
ui q̄ ad magnitudīeꝫ p̄mioꝝ celeſtium
plꝰ mihi ꝯtuliſſꝫ ſolicita cuſtodia cordis
mei ⁊ oīuꝫ ſēſuū mīoꝝ cuꝫ aīmi puritate
q̄ꝫ hac neglecta vl' ꝑ affcm̄ iordiatū īfe
cta ⁊ trigīta āni qbꝰ quis aliꝰ ꝑ ꝓſtratio
nes ſuas apd̄ duꝫ mihi p̄mia obtinē ni
tēr̄. Audite audite oēs q meis intereſtis
miſerijs: q̄ꝛ tēpus vt videtis mihi d̄fecit.
Acceſſi ad oēs aīcos mīos: ꝯſului ſingl'os

de quibus ſpes mihi erat petens elemo
ſynā ſterilez ⁊ tenuez mihi dari de abū
dantia ſpūaliuz diuitiaruz ⁊ bonoꝝ ope
rū ſuoꝝz in ſuppletionez egeſtatis mee
⁊ in emendatione delictoꝝz meoꝝz ⁊
fruſtratus ſuz:repulerunt me.d. Ne fō
te nō ſufficiat nobis ⁊ vobis.Ab de⁹ piiſ
ſime:miſericordiaꝝ pater mitiſſime hec
loquere ⁊ cōpatere patienti.Heu quāta
bona in tāto tēpoꝛe ſano coꝛpoꝛe potuiſ
ſem feciſſe ⁊ nō feci.Quā imenſas diui
tias ſpūales ⁊ theſauros celeſtes potuiſ-
ſem congregaſſe,⁊ neglexi.O de⁹ meus
⁊ q̄ntum nūc minima opera ſatiſfactoꝛia
mihi grata ⁊ accepta eſſent cupiens re-
creari de micis que cadūt de menſa do
minoꝝū meoꝝū ⁊ nemo mihi dat.O vos
omnes compatimini mihi ⁊ miſeremini
mei:⁊ q̄diu vires ſuppetūt ⁊ tēp⁹ iuuat
cōgregate in hoꝛrea celeſtia theſauros:
vt cū defeceritis recipiant vos in eterna
tabernacula ⁊ relinquamini vacui in ta
li hoꝛa vobis ſuperuētura ſicut me vacu
uz ⁊ bonis opib⁹ p̄uatū videtis. Di-
ſcipulus. Amice dilecte video doloꝛē
tuū vehemētē eē nimis:⁊ iō ex cōde tibi
cōpatioꝛ: adiurās te per oipotentez deū
vt mihi des cōſilium ne periculū ſimile
moꝛtis indiſpoſite tā ſubitanee incurrā.

Siſitudo moꝛ. Ad hec imago reſpō
dit.Optimū conſiliuz ſūma prudentia ⁊
maxima prouidentia in hoc conſiſtit: vt
per verā contritionem ⁊ puram ac inte-
gralem confeſſionē te diſponas ſanus ⁊
foꝛtis:⁊ per ſatiſfactionem condignā cū
cta queq3 noxia a ſalute eterna te tra-
hentia ac impediētia pꝛoiicias:⁊ te om-
ni tēpoꝛe iugiter ſic teneas ac ſi hodie
in hoc dici ſpatio vel cras:vel ad longi⁹
in hac ſeptimana diſceſſurus ſis de hoc
mūdo.Pone in coꝛde tuo ac ſi anima
tua iā ſit in purgatoꝛio:⁊ decē ānis foꝛ-
nacem ignis ardentis in penaz pꝛo deli
ctis ſuis receperit ⁊ ſolus iſte pꝛeſens an
nus in adiutoꝛiū tuū p̄ius ſit conceſſus.
Sic igiť ipſam crebrius intuere inter flā
meos globos ardētem: attende vocem
ipſius miſerabilē ad te clamantē ⁊ dicen
tem.O amicoꝝ omniuz dilectiſſime ſuc
curre aīe tue miſere:ſuccurre īcarcera
te:miſerere mihi ⁊ pꝛebe auxiliū deſola
to.Ne diutius me p̄mittas affligi ī hoc
carcere caliginoſo:q2 derelict⁹ ſum ab
hoc mūdo.Nō eſt qui fidelitatez oſten
dat nō eſt qui manū poꝛrigat egēti. Si
guli q̄ ſua ſunt querunt:⁊ me vltricibus
flāmis deſolatū derelinquūt. Diſci⁹.
Utiliſſima pꝛoꝛſus hec doctrina eſſet ſi
quis eaz per experiētiā haberet ſicut tu.
Sz lz verba tua motiua ⁊ acuta valde vi
deanť:parū tamen apud multos pꝛofici
unt.Auertunt faciē ſuam ne videant in
finez:oculos habent ⁊ nō vident: aures
habent ⁊ nō audiunt:diu ſe viuere arbi
trantur.Et q2 moꝛtez indiſpoſitam nō
metuūt:ideo miſeri pꝛeuidere ipſius dā-
na ꝯtēnunt.Cuz nuntius moꝛtis infirmi
tas grauis adeſt:cōueniunt amici ⁊ ſotij
ad egrotū gratia viſitandi:oēs que bōa
ſunt pꝛophetādo p̄mittūt:⁊ neq̄q̄ moꝛ
tem adeſſe ſz neq3 oīo ſibi timenduz eē
vel etiā periculū īminere atteſtamur: ſz
fluxū tranſeuntē vel qualēcunq3 humo
rum deoꝛdinationē aut mēbꝛoꝝū ac ner
uoꝛum oppilationē in breui trāſituram.
Sic amici coꝛpoꝛis inimici anime ſunt
⁊ miſerum negligunt:q2 dū ſingulis mo
mentis infirmitas īgraueſcit:⁊ egrotus
ſemper de cōualeſcentia ſperat:tandem
exhauſt⁹ improuiſe deficit ⁊ ſine fructu
ſalutis ſpūz infelicē exhalat:ſic ⁊ hi au-
ditoꝛes tui qui vz pꝛudentie humane in
nituntur verba tua poſt doꝛſuz p̄iciūt:
⁊ nequāq̄ cōſilio tuo ſalubꝛi aquieſcunt.

Siſitudo. Idcirco cū laq̄o moꝛtis ca-
pti fuerit:cū irruerit ſup̄ eos repētina ca
lamitas ⁊ interit⁹ quaſi tēpeſtas īgruēit
q̄n venerit ſup̄ eos tribulatio ⁊ anguſtia
clamabūt ⁊ nō exaudienť:eo q̄ exoſam
hūerit ſapiāz ⁊ ꝯſiliū meū audire cōtē-
pſerit.Et ſicut nūc pauci valde īueniūť
q̄ ex verbis m̄is ꝯpuncti vitā ſuā ī meli⁹

corrigāt: ſic re vera pp malitiā ⁊ tpis defectū feruoris ſpūalis ac mūdi ſeneſcentis malignitatē pauciſſimi repiunt̃ tam pfecte ad mortē diſpoſiti q in tanta obſecratione ⁊ cordis deuotiōe exiſtant vt pre deſiderio vite eterne mori cupiāt: ⁊ cū chriſto eſſe totis viſcerib⁹ cōcupiſcāt: ſꝫ morte amara pueniti idiſpoſiti inueniunt̃: ſicut ⁊ ego preuent⁹ ſuꝫ: ⁊ idō nō taꝫ hinc exeūt q̄ȝ violēter quodāmō rapiūt̃: ita vt bene ſibi iā reputēt accidiſſe: q velut pecora ſine oī rōne moriūt̃. Et ſi vis ſcire cām tanti ⁊ taꝫ cōis piculi ecce honoris appetit⁹ inordiatus: corporis cura ſupflua: amor terren⁹ ⁊ ſolicitudo nimia queſtus rei familiaris excecant multitudinis corda diuerſa ⁊ ad hec perducunt diſcrimia. Tu vero ſi cum paucis ab hoc piculo mortis indiſpoſite ſaluari deſideras audi cōſilium meū ⁊ hāc me am quā vides triſtē perſonā frequenter oculis tuis obijcias: ⁊ ad memoriā iugiter reducas: ⁊ ſtatiꝫ ſēties doctrinā meam tibi fore vtiliſſimā. Ex ea nāq̄ȝ pfiti eſ vt nō ſolū mori nō timeas. verūet mortem cunctis viuētib⁹ terribilē tanq̄ȝ laboris terminū ⁊ eterne felicitatis initiū expectabis: ⁊ excipies cuꝫ deſiderio cordis tui: hoc tm̄ facias vt me quotidie pfunde recogites: verba mea diligenter aduertas: ⁊ ea in corde tuo conſcribas. Ex viſis i me dolorib⁹ ⁊ anguſtijs cōſidera ⁊ pēſa ea que tibi i proximo ſuper uentura ſunt. Memento iudicij mei: ſic eiꝫ erit ⁊ tuū. Mihi heri: tibi hodie. Reſpice i me ⁊ memento mortis hui⁹ quo ad vixeris. O q̄ȝ beatuſ es arſeni q ſemp horā añ oculos hūiſti. Btūs quē cū venerit dn̄s ⁊ pulſauerit ianuā iuenerit vigilātē. Felix quē bn̄ patū h̄ hora iuenēit q: feliciter migrabit: ſi ēt i amaritudine mortis imēſa afflict⁹ fuerit. Quacunqꝫ eim morte pͦccupat⁹ fuerit i refrigerio erit: purgabit̃ ⁊ ad viſionē dei diſpōet̃: a ſcis anglis cuſtodiet̃: a ſupnis ciuibus deducet̃: ⁊ a celeſti curia ſuſcipiet̃: erit⁹ ſui ſpūs erit eterne pꝛie felix itroit⁹. Sꝫ heu me miſꝫū: vbi putas i hac nocte deget ſpūs me⁹? qs ſuſcipiet miſerā aīmaꝫ meā? vbi hoſpitabit̃? vl' pernoctabit: vl' q erūt q eā ſuſcipiāt i ea regiōe ignota. O q̄ȝ deſolata erit aīa mea: o q̄ȝ derelicta ⁊ abiecta ſup aīas vniuerſas. Et qs eſt q ei fideli adſit? q eā iuuare efficacit̃ velit? Jdeo mihi ipſi cōpatiendo iter verba amara lachrymas quaſi torrentē effundo. Sꝫ qd valet me amō flere ⁊ verba amariſſima exaggerare? Cōcluſuꝫ ē: mutari nō pōt. Cōcluſit vias meaſ inimicus: iſidiator fcūs ē mihi ſicut leo in abſcondito: repleuit me ⁊ inebriauit me amaritudie: deduxit i lacuꝫ mortis vitaꝫ meaꝫ. O mi de⁹ nunc finē verbis meis ipono: vlterius plāgere nō valeo. Ecce venit hora q̄ me aufert de terra. Heu me nūc video nūc expior: q: viuere āpli⁹ nō valeo: ⁊ q mors eſt in propiquo. En man⁹ iualide icipiūt rigeſcere: facies palleſcere: viſus obūbrare: ⁊ oculi pfūdari ac trāſūti. Heu me miſerū: pūcture mortis amariſſime circūdant me: ⁊ cor debile ſuffocare nitūtur. O cordis anguſtie ⁊ pſſure mortifere. En pulſus icipit capꝫare: halit⁹ deficere: ⁊ quaſi ex pfundo ſe colligere. Lucē mūdi hui⁹ āplius non video: ⁊ ecce iā ſtatū alteri⁹ mūdi pre oculis mētalib⁹ quaſi meditādo pſpicer̃ incipio. O mi deus q̄ȝ miſerabilis affectus. En cruēte beſtie laruales demonū facies: nigri ethiopes innumerabiles circundant me. inſidiātes ⁊ inſpectātes mihaꝫ aiam in proxio exiturā: ſi forte torquēda eis in forē tradatur. O diſtrictiſſime iudex q̄ȝ ſeueriſſima ſūt iudicia tua: q̄ȝ multū pōderis in iudicādo me miſerū ea q̄ pro ſui modicitate pauci ēt curare preſumūt. En ſudor mortiſ adeſt mēbra pene trās ⁊ victā nāꝫ cē ⁊ iā ſuccubuiſſe atteſtās. O aſpect⁹ terribil' iuſti iudicis mihi iā pn̄tis p timorē ſubito vēturi p exhibitionē. Nūc valete ſocij ⁊ amici chariſſimi: q: hic exitur⁹ oclos mētis ad purga-

toꝛiũ quo iã deducẽdꝰ ſũ ꝯuerto ĩde nõ
exiturꝰ vſqꝫ dũ reddã minimũ ꝗdrantẽ.
Illic oculo coꝛdis ĩtuẽ miſeriã ⁊ doloꝛẽ
penã ⁊ afflictionẽ multiplicẽ. Heu me
miſeꝝ vbi iter alias penas illi loco debi-
tas exurgẽ video flãmas ignũ ⁊ ĩuoluẽ
⁊ ꝑcingẽ quaſdã aĩas miſeroꝝ ꝗ velut
ſcintille flãminome in medio ignis can-
dẽtis diſcurrũt: ſicut cũ magna villa to-
ta ĩcẽdio ponit̃ ⁊ ĩ igne: ⁊ fumo ſcintille
ꝑiter ſurſuꝫ ac deoꝛſũ ferũtur vlulantes
ac ꝑ doloꝛe cruciatuũ clamãtes ſingule
ac dicẽtes. Miſeremini mei miſeremini m̃i ſal
teꝫ vos aĩci mei. Ubi ẽ nũc aĩcoꝝ meoꝝ
adiutoꝛiũ? vbi ſũt ꝓmiſſiões bone ꝯſan-
guineoꝝ ⁊ alioꝝ ꝑ quoꝝ ioꝛdiatũ aĩſcim
noſipos neglerimꝰ: ⁊ hanc penã nobiſ-
metipſis adauximus? Heu: cur hec feci-
mus? Laboꝛauimꝰ placẽ eis volentes: ⁊
male remũerati ſumꝰ. Ardemꝰ ⁊ eſtua-
mꝰ: nec ab eis adiutoꝛiũ recipimꝰ. Heu
cur de ſalute n̄ra nobiſipis ñ ꝓuidimꝰ?
En mioꝛ afflictio purgatoꝛij hoc qđ pati
mur ſupat ſuppliciũ qđcũqꝫ iſtiꝰ mũdi
vl' tpis. Unice hoꝛe iſtiꝰ quã experimur
penalitatis acerbitas: cẽtũ ãnoꝝ in ſe pu
tat̃ hẽc ſcl̃i trãſeũtis miſerias. Sꝫ ſuper
oĩa cetera toꝛmẽtoꝝ gñã ledit nimiũ illi
faciei diuĩe feliciſſime abñtia. Hec in vl
timo agõe ꝯſtitutꝰ tibi ꝓ memoꝛiali reli
quo: ⁊ his dictis agonizando expiro.

Diſciꝰ. Ad hãc viſionem valde ĩge
muit: ⁊ ꝑ timoꝛe cõtremuerũt omnia oſ
ſa eiꝰ: cõucriſuſqꝫ cũ lachꝛymis ad deuꝫ
dixit. Ubi es eterna ſapĩa ẽt nũc? Nũqd
dereliqſti me dñe famulũ tuuꝫ? docere
me ſapiaꝫ voluiſti: ⁊ nũc vſqꝫ ad moꝛtẽ
deductꝰ ſũ. O mi deꝰ ꝙ̃tũ me terret mõ
tis viſa pñtis. Sic me imago totũ rapu-
it vt pene ignoꝛẽ vtrũ hoc qđ vidi ſit ĩ re
vel ĩ ſilitudĩe. O dñatoꝛ dñe terribilis ⁊
miſericoꝛs tibi grãs refero ⁊ emendare
ꝓmitto: magno nãqꝫ nimis ꝑterritꝰ ſũ
timoꝛe. Neqꝫ eiꝫ ĩ tota vita mea ſic eui
dẽter aduerti ĩdiſpoſite moꝛtis pic'la: ſicͭ
ĩ hac hoꝛa. Ego ꝓ certo credo ꝙ hec

hoꝛrenda viſio ſemper valebit aĩe mee.
Certiſſime valebit anime mee: Certiſſi-
me nunc cognoſco quia non habemus
hic manenteꝫ ciuitatem ſed futuram in
quirimus: ideo ad futurum anime ĩmu-
tabilẽ ſtatũ me toto nixu extẽdẽ cupio
Diſcere moꝛi ꝓpono: differre pniaꝫ no
lo: ꝓlõgare ꝯuerſionem nullatenꝰ volo:
emẽdare vitã meã abſqꝫ retractione di
ſpono. Intãtũ qppe territꝰ ſum de ſola
memoꝛia: qđ ꝗ fieret ꝺ pñtia? Tolle tol
le nũc a me lectiſterniꝛ mollitiẽ: veſtiũ
ꝓcioſitatẽ: toꝛpoꝛẽ ſõni me ĩpediẽtẽ. En
tm̃ ledoꝛ: tm̃ affligoꝛ: tm̃ cruucioꝛ de mi-
nimis: ⁊ qđ fiẽt de maris? Difficiẽter poſ
ſuꝫ ſuſtiere modicas leſiões: heu me ⁊ ꝗ
liter poſſuꝫ tã ĩmẽſos pati doloꝛes? O ſi
ſic moꝛtuꝰ fuiſſẽ vel ſi iã decederẽ ꝙ̃taꝫ
in me ignis ille mãꝫ ĩueniſſet ꝑꝑ pcõꝛuꝫ
multitudinẽ ⁊ incõpletã ſatiſfactionem?
Scio nunc quid faciam quia dilectam
animam meam non ſic perire permittã
ſed ei in tranſitoꝛio ⁊ breuiſſimo tempo-
re hoc per tolerantiam laboꝛum ⁊ exer-
citium virtutum pꝛouidebo: vt ĩ hoꝛa ta
li ex̃nea nõ penã ſꝫ quietẽ ĩuẽiat. O ſcẽ
⁊ miſericoꝛs ſaluatoꝛ tam amare moꝛti
ne tradas me. En coꝛam te pꝛouolutus
cum lachꝛymis peto vt me hic ad libitũ
punias: neqꝫ in finẽ iratus reſerues ma
la mea. In illo .n. hoꝛrẽdo locoo tãta ẽ
miſeria ⁊ afflictio: vt nullꝰ dicẽ ſufficiat.
O ꝙ̃ĩſipiẽs hucuſqꝫ fuiꝛeo ꝙ moꝛtẽ ĩdiſ
poſitam ⁊ penam purgatoꝛij im̃menſaꝫ:
tam parum curaui ⁊ ꝙ̃ magna ſapientia
eſt ſepiꝰ pꝛe oculis habere iſta. Sꝫ nũc
paterne admonitus oculos aperi ⁊ ipaꝫ
vehementer pertimeſco. Sapientia.
Hec fili mi dum adhuc iuuenis es ⁊ ſa
nus ac robuſtus ⁊ emendare vitam tuã
poteris: omni tempoꝛe memoꝛare. Sed
cum in veritate ad hanc hoꝛam perue-
neris ⁊ iuuare te aliter non poteris: ni-
hil reſtat niſi vt te miſericoꝛdie dei ſoli-
us comitas ⁊ paſſionum materiaꝫ in
ter te ⁊ iudiciũ meũ interpoñat ne iuſtiaꝫ

meam vltra q̄ꝫ neceſſe eſt pertimeſcens
excidas a ſpe tua: ipo vero timore modo
perterritus animę quior eſto: ſciens q: ti
mor dn̄i initiū eſt ſapie. Scrutare ſcrip⸗
turas ⁊ inuenies q̄ꝫ multa bona cōferas
homini mortis memoria. Si ānis multiſ
vixerit homo inquit' ſapiens ⁊ in omni⸗
bus his letus fuerit: meminiſſe debet te
nebroſi tēporis ⁊ dierū multorū qui cuꝫ
venerit: vanitatis arguent̄ ꝑterita. Me⸗
mēto ergo creatoris tui in diebus iuuen
tutis tue anteq̄ꝫ veniat tempus afflictio⸗
nis ⁊ appropinquent anni de quibus di⸗
cas: nō mihi placēt: anteq̄ꝫ reuertat̄ pul
uis in terrā ſuam vnde erat: ⁊ ſpūs rede
at ad dn̄m qui dedit illum. Tu autē bn̄
dic deū celi ex toto cōde tuo ⁊ grat' eſto
quia paucorū valde eſt ſic aure cordis ꝑ
cipere huius temporis iſtabilitatem: mor
tis omni tempore inſidiantis doloſita⸗
tem: ⁊ future patrie permanſuram feli⸗
citatem. Leua oculos tuos circūſpice di⸗
ligēter ⁊ vide q̄ꝫ multi ſunt qui mente ex
cecati claudunt oculos ne videāt in finē
aggrauant aures ne audiant ⁊ cōuertan
tur ⁊ ſanentur: quorū ꝑditio nō tardabit
Illorum quoqꝫ turbam innumerabileꝫ
quos diſcrimē mortis indiſpōite iā ꝑdi⸗
dit conſidera: dinumera ſi potes multi⸗
tudinem eorū copioſam. Attende q̄ꝫ mul
ti ſunt qui temporibus tuis pariter tecuꝫ
cōmorantes obierūt ⁊ ſublati ſunt de ter
ra: q̄ꝫta fratrum ac ſociorum ⁊ ceterorūꝫ
tibi notorum multitudo in taꝫ paucis an
nis te adhuc iuuenem ꝑceſſerūt: qui ad
modicum tempus te poſt ſe reliquentes
dormierūt. Hos intuere: ipſos alloquer̄
⁊ veterē hominē cū ipſis reputa tranſiſ⸗
ſe. Interroga oēs: quere a ſingulis ⁊ do
cebunt te: cū fletu ⁊ gemitu reſpōdebūt
tibi ⁊ dicēt. O q̄ꝫ felix qui hec nouiſſima
preuidet ⁊ ſibi a peccatis cauet: qui con⸗
ſilium tuum non negligit: qui ſe omni tē
pore ad hanc horam diſponit. Igit̄ poſt
poſitis retrahentibus cunctis diſpone
domui tue: prepara te ad viam vniuer⸗
ſe carnis ad viam mortis: quia pro certo
neſcis qua hora veniet ⁊ q̄ꝫ prope ē. Ec
ce in ianuis eſt: ⁊ ideo ſicut viator i por⸗
tu nauē velociter tranſeuntem: longin⸗
quas partes petentem. ſtans ꝓſpectat:
ne ſe negligat: ſic omnis vita ⁊ actio tua
ad hoc dirigatur vt obitum beatū obti⸗
neas ⁊ peruenias ad locuꝫ imortalitatis
⁊ felicitatis eterne. Amen.

Formula compendioſa vite ſpiritua⸗
lis. Capitulū. .iij.

m Emini me i dieb' vanitatis mee
quibus fruſtra laboraui ſub ſole
legiſſe in doctrina ſapientum hu
ius mundi qui cōiter philoſophi appellā
tur q finis habeat ſe in operabilibus ve
lut ꝑncipia in ſpeculabilibus. Cum igitur
tu ſumma ſapientia cordis mei deſidera
ta ſophia: tuam mihi tradideris princi⸗
pio artem beate morienti: congruum eſt
bonitati tue vt ſubinferas nunc doctri⸗
nam bene viuendi ⁊ hec compendioſe ⁊
ſub breuitate. Gaudent nāqꝫ de breuita
te moderni. Faciendi qppe plures libros
nullus eſt finis. Deniqꝫ iam a ſeculi ini⸗
tio ꝑtranſierunt plurimi: ⁊ multiplex fu⸗
it ſcia. Mundus diuerſitate doctrinarū
repletus eſt. Mille quidem modi ſūt vi⸗
uendi: vnus quidem ſic: alius vero ſic.
Tot ſunt codices de vitijs ⁊ virtutibus
magr̄aliter tractantes: tot ſunt quaterni
queſtiones ſubtiliſſimas ⁊ propoſitiones
diuerſas pertractantes: vt prius vita bre
uis deficiat q̄ꝫ omnia ſtudere ſed neduꝫ
perlegere contingat. Quis dinumerare
poſſet omnia rationalia: naturalia: hiſto
rialia: moralia: ac diuina: omnia ſcripta:
cuncta comenta noua ⁊ vetera elemen⸗
tationes: cōpilationes ſinguloſqꝫ tracta
tus ac ſūmas quibus vniuerſa ſupficies
terre tāq̄ꝫ fluuio inundante irrigata eſt.
Hec omnia tedioſo ⁊ infirmo diſcipulo
reuoluere diſpendioſum eſſet: et ideo ex
his oibus breuiſſimaꝫ perfectōis formu⸗
lam quattuor verbis expreſſam prout ru
dimentis militie ſpiritualis congruit peto

mihi dari ſeu tradi. Sapiētia. In illo choro ſanctorū qui velut aſtra matutina i nocte mundi iſtius refulgebant, et velut lūiaria magna claritate ſcie coruſcabant inuenies quoſdam qui vehemētius nō ſolum in actuali veruȝ etiā theorica virtute flagrabāt: quorū traditione et exēplo recipies vite ſpiritualis pfectiſſima documenta. Uerum ſcrpientie et in eruditiōi tue cōdeſcendere cupiens quedā tibi vite ſpiritualis pncipia breuiſſime quaſi pro memoriali tradaȝ .q̄ ſemp ad manum habēs dirigi poteris i agendis Igitur ſi optabilem cūcta vite ſpiritualis perfectionem habere deſideras: ſi viriliter ipam aggredi affectas: debes teipſum abſtrahere a ſotietatibus et fāiliaritatib⁹ nociuis et ab hominibus oibus ppoſitum tuum ipedientibus et breuiter a cunctis mortalibus q̄tum poſſibile ē ex voto tue profeſſiōis: ſalua ſemp obedientia humili et prompta ſuperiorum: ſemp captans oportunitatē vbi et quando poſſis reperire locum: quietis et cōtemplatōis carpere ſecreta ſilentia pn̄tiſq; ſeculi vitare naufragia et perturbationes mūdi fugere pſtrepentis. Omni tēpore puritati cordis principaliter intendere debes vt vȝ continue velut clauſis carnalibus ſenſibus in temeipſuȝ conuertaris: et cordis hoſtia a formis ſenſibilium et imaginibus terrenorum q̄tum potes: et poſſibile eſt habeas diligenter ſerata. Puritas nāq; cordis inter omnia exercitia ſpiritualia quodāmodo tāq̄ quedam finalis intentio ac laborum omnium retributio quam in hac vita miles chriſti emeritus recipere conſueuit: ſibi vēdicat principatum. Affectum tuum cum omni diligentia abſoluas ab his omnibus que libertatē ipſius ipedire poſſēt: et ab omni re poſſibilitatem habente alligandi et tenendi ipſum affectum ad inherendū iuxta illō legis moſayce. Maneat vnuſqſq; aput ſemetipſum: nullus egrediatur hoſtium domus ſue die ſabbati et ſabbatiȝabit popu lus. In ſemetipſo nāq; eſſe: ē diſperſiones cordis ſui et affectiones ad vnum veruȝ et ſimpliciſſimū bonū recolligere: et collectas habere. Sabbatiȝare vero: eſt cor ab affectōe carnali animam iſiciente et a curis mundanis ipaȝ diſtrahentibus abſolutā eſſe et in pace cordis ſui tāq̄ i porta ſilentij i amore et fruitōe conditoris ſuauiter quieſcere. Super omnia autem alia hec tibi ſit principalis ſemper cōatus: vt animū tuū iugiter ſurſum i cōtēplatōe diorum habeas eleuatum: vt diuinis rebus ac deo mens ſemper ihereat et derelicta fragilitate terrēa ad ſuperna iugiter transferatur. Quicq̄d autē ab his diuerſum eſt q̄uis magnuȝ videatur ſicut corporis caſtigatio: ieiunium vel vigilie et ſimilia virtutis exercitia quaſi ſecundaria et iferiora iudicanda ſūt et tm̄ expedientia q̄tum ad cordis proficiunt puritatem. Inde eſt q tā pauciſſimi ad veram perfectōnem perueniūt q: i medijs nō multum proficuis tps et vires expendunt: debita remedia negligūt et poſtponunt. Tu vero ſi recto tramite ad finē intentū pueire deſideras: debes ſūmopere ad ppetuā cordis puritatē et mētis tranqlitatē anhelare atq; cor ſurſum iugiter ad dn̄m eleuatū hr̄e. Diſcipulus. Quis i hoc fragili corpe pōt huic ſpūali theorie ſp affixus eſſe? Sapia.

Nullus mortaliū pōt huic cōtēplatiōi iugiter inherere. Sȝ iō dictū eſt vt ſcias vbi mentis tue intentionē debeas habē fixā et ad quā deſtinationē ſp aīe tue re uoces intutū: quā cū potuerit obtinere mens gaudeat et a qua diſtracta doleat atq; ſuſpiret quotiēſcūq; ſe ab illo intuitu viderit ſepatā ſeu dephenderit. Qd ſi forſitan q̄ruloſa voce mihi obuiare volueris dicens te diu in vno eodēq; ſtatu pmanere nō poſſe: noſce debes q diuia virtus plus pōt facere q̄ hō poſſit cogitare et q frequētia actus ſilēm ſibi hītum generare cōſueuit. Uñ ſepius ꝯtingit q illud ad qō fortaſis hō in principio ſe cō

ſtringit cū violentia q̄dā ⁊ difficultate:
poſtea faciliter opabit̄ ⁊ tādē cū magna
delectatiōe: dūmō a ceptis non deſiſtat.
Audi fili mi diſciplinā pr̄is tui: attēde di
ligenter verba mea: ⁊ ea in corde tuo q̄ſi
in libro ſcribe. Noli emulari multitudi-
nem eorū q iā retro cōuerſi ſunt poſt de
ſideria cordis ſui: in qbus deuotio tepuit
charitas refriguit ⁊ defecit: humilis obia
ꝓſtrata eſt: q placere hoibus cupiūt: ho
nores q̄runt: ventri ſuiūt: q ſupra modū
diligūt munera: ſequūt̄ retributiones: q
in hoc mūdo ipſum qđ q̄runt ꝓ merce-
de opis ſui recipiūt ⁊ in futuro vacui re-
manebūt: ſ3 illos egregios flores ſanctiſ
ſimos pr̄es q icōpabili flagrabāt ſtudio
ſcitatis attende: ⁊ eorū feſtines ꝓpoſitū
ſili ſtudio ⁊ ꝯuerſatiōe ſuſcipe quemad
modū tibi iā ꝓpoſitū eſt. Siue igit̄ co-
medas ſiue bibas ſiue aliqd aliud facias
ſp hec vox pij pr̄is reſonet in aurib⁹ tuis
cōmonētis ⁊ dicentis. Fili mi ad cor rede
as: ab oibus quantū poſſibile eſt teipſū
abſtrahendo. Mentis oculū ſp in puri-
tate ⁊ trāquilitate cuſtodias ⁊ intellectū
a formis rerū infimarū p̄ſeruando. Volū-
tatis affectū a curis terreorū penitus ab-
ſoluas: ſūmo bono amore feruido ſp in-
herendo. Memoriā quoq3 iugiter ſurſū
eleuatā hēas ꝑ cōtemplatione diuinorū
ad ſupna tendendo: ita vt tota aīa tua cū
oibus potentijs ſuis ⁊ viribus in deū col
lecta vn⁹ fiat ſpūs cū eo: in quo ſūma ꝑ
fectio vite cognoſcit̄ cōſiſtere. Hec igit̄
breuis doctrina ꝓ tue vite formula tibi
ſit tradita: in qua ſūma ſūmarū totius ꝑ-
fectionis cōſiſtit in qua ſi diligenter ſtu-
dueris ⁊ fideliter affectū mancipare cu-
raueris: btūs eris ⁊ quodāmō felicitatē
in hoc fragili corpe inchoabis. Hec fili
mi ſalutis via quā tuus arſenius ab āge
lo edoct⁹ ſuauit: ⁊ ſeruari ſuis diſcipul'
mandauit. Fuge: tace ⁊ quieſce. Hec in-
quiens ſunt pncipia ſalutis. Hāc quoq3
doctrinā clariſſimā diuina ſapia cuidā
diſcipulo ſuo quē noſti reuelauit: cū eū
de ſtatu ſuo euidenter īformauit. Pre-
dictus nāq3 diſcipulus cū ſciētijs huma
nitus adiuentis adhuc ſpētenus īſiſtere
ꝓponeret: ceperūt plīme vāitates quaſi
poſt tergū ſuū ſuccreſcere ⁊ cepit ad ho
nores ⁊ ꝓmotiones pluſq̄ꝫ oportuit aſpi
rare tpales. Cūq3 tempus eius ꝑ quo la
borauerat diu adeſſet: ⁊ ſublimari ad ho
nores deſideratos debuiſſet: cepit cogita
re inter ſe qd nā magis ei expediret vel
qd deo placeret. Quadā igit̄ vice p⁹
matutinas in orōne ſe ꝓſtrauit deuotiſ-
ſime petens a dn̄o vt qd ſibi faciendum
eēt reuelare dignaret̄. Tandē ab orōne
ſurgens ⁊ ſup aſſerē ſe inclinans vidit in
viſione quēdā iuuenē decorū ad ſe veniē
te: q ipm ꝑ manū acciplēs duxit ad quā
dā eccleſiam in qua erat cōſtructa q̄dā
ꝑua cellula quā ihabitabat ſolitari⁹ quī-
dā anachoriticam vitā ducēs. ⁊ hic erat
grandeu⁹ ⁊ can⁹ ꝓlixā hn̄s barbā: ⁊ luce
bat in eo gr̄a diuina. Appuit āt iuxta cel
lā eiuſdē ſenis ſcala ſurſum erecta vel in
quo iuuenis p̄dictus q̄ſi aſcendēdo ⁊ de
ſcendēdo ludebat. Vocās igit̄ iuuenis il
le fratrē: dixit ei. Veni ⁊ audi lectōnem
quā tibi volo legere. Cui frater letus ac-
currebat cupiens primo videre librū de
quo lectōem auditurus erat. Et ecce in
manu ei⁹ liber antiqſſimus pue q̄titatis
qui quaſi nullius reputatōis ſm faciem
putabat̄ ⁊ quaſi abolit⁹ nō curabat̄. In
cipiēs igitur iuuenis hic legebat. Fons ⁊
origo oium bonorū homini ſpūali ē i cel
la ſua iugiter commorari. Que verba ex
ore iuuenis ꝓcedentia d libro antiquo le
cta tam dulciter i auribus fratris reſona
bāt ⁊ in corde dulceſcebāt q totus ſibi
i amorē celeſtē reſolui videbat̄: ⁊ ita vt
ex efficacia verborū celeſtiū euidētiſſime
demōſtraret̄ qs nūc eēt q predicta legiſ-
ſet. Cū āt frater iſtaret iuueni vt ſibi pre-
dicta verba iterato repeteret: ſtati peti-
tionē ipleuit ⁊ ſicut prius eadem verba
relegit. O. Fons ⁊ origo oium bonorū ho
mini ſpūali eſt in cella ſua iugiter ꝯmora

xit. Tūc frater ꝑ exultatōe ſpūs ſui dixit
ei. O q̄ꝫ p̄tioſa ⁊ vtilis ē hec ſana doctri-
na: ⁊ ſubiunxit q̄rendo qs nā eēt de nūe-
ro ſapiētū q ſententioſuꝫ h̄ dictū ꝓtuliſ-
ſet. Juuenis reſpondit. Sūmus ille phi-
loſophus arſenius. Cui frater iſtabat vt
ſibi plus de p̄dicto hoc legeret. At ille in-
choauit iterū legere i hec v̄ba ecōuer-
ſo. Fons ⁊ origo oium malorū ſūt diſcur-
ſus iutiles euāgelizātiū. Quod v̄bū pre-
dictus frater cū aliqualiter cordis turba-
tōe recipiēs nitebat̄ arguere i ꝯriū addu-
cēs i mediū diſcurſus oium apoſtoloruꝫ
qui ꝑ vniuerſuꝫ mundum ſola euāgeli-
zādi gr̄a diſcurrebant. nō attendens tūc
ꝙ hoc ſimile q̄ꝫtū ad hāc ptē locū i pro-
poſito nō habebat ⁊ ꝙ iſta verba ex iten-
tione nō plus tāgerēt euangelizantes q̄ꝫ
vniuerſaliter deo placere cupiētes. Ma-
niſeſtū qppe ē ꝙ vnicuiqꝫ initiū omniuꝫ
malorū erit: ſi diſcurſibus iutilib⁹ frenū
laxare voluerit. Ad hec aūt iuuenis nihil
reſpōdit: ſed cū omni māſuetudie dixit.
Scias frater ꝙ inutiles diſcurſus p̄dict⁹
philoſophus multū deteſtatur. His dic-
tis viſio diſpuit. Supradictus aūt frater
cōſolationē celicā ſibi ſentiens iſuſam in-
tra ſemetip̄m reſumere cepit que vide-
rat ⁊ audierat: ⁊ cū admiratiōe multa co-
gitare qs nam eēt ille arſenius philoſo-
phus. Siquidē illo tēpore mūdane phi-
loſophie ſtudioſe intentus erat adhuc: ⁊
eiuſdē ſcie philoſophis oculū dabat de
ſpūali āt philoſophia ⁊ eorū tractatori-
bus nōdū tm̄ curabat. Dicebat eniꝫ itra
ſe. Ecce quot libros philoſophorum le-
giſti ⁊ quot philoſophos allegari audiſti
de hoc arſenio a nulla philoſophia vnq̄ꝫ
mētiōeꝫ fieri audiſti. Tandē ad ſe reuer-
ſus cogitare cepit dicēs. Fortaſſis iſte eſt
arſenius famoſiſſimus doctrine xp̄iane
philoſophus anachorita p̄cipu⁹: quē an̄
multos ānos allegare audiui lꝫ nūc a me-
moria exciderit. Et fortaſſis i argumen-
tum huius eſt ꝙ vidiſti predictū ſenem
celā modicam inhabitantē: ⁊ iuuenē illū
librum antiquum i manu tenentē ⁊ pre-
dicta legentē: per que dātur itelligi vite
ſantorū patrum ⁊ eorū collationes: qui li-
ber a pleriſqꝫ tāq̄ꝫ antiquus ⁊ abolitus
parū curatur lꝫ nucleus totius perfectio-
nis ⁊ vera ſcientia xp̄iane philoſophie in
ipſo eē perfectiſſime cognoſcat̄. Surgēs
predictus frater diluculo petijt a libera-
rio vitas patrū volēs ſcire i veritate vtrū
nā ſic eēt ⁊ vtrum predictum arſeniū vſ-
q̄ꝫ i ipſo cōtentum iueniret: de cuius di-
ctis pro tunc nihil omnino cōſcius erat ſi-
bi. Cum autem librum aperuiſſet: ſubito
predictus arſenius occurrit ⁊ eandem
ſniam in dictis ſuis qualem iuuenis d̄ li-
bro antiquo legerat clare inuenit. Ex his
ergo ſufficienter iformatus ſecū ad ma-
nendū cōtulit: ⁊ ſcholas quas ab alijs ſa-
lubrius regi extimabat deſerens ipſe tan-
q̄ꝫ animo infirmus reſignauit: ⁊ ſe dictis
prefati philoſophi cōformare optabat.

Diſcipulus. Uerba tua tāq̄ꝫ de cele-
ſti ſermo aſſumpta ſic me totum mouēt
vt eorum ſuauiſſima dulcedie feruor de-
uotiōis augeatur ⁊ via planiſſima vite ꝑ-
fectionis audienti prebeatur omni diffi-
cultate remota.

Qualiter chriſt⁹ in ſacramēto eucha-
riſtie ſit deuote recipiēd⁹. Capi. .iiij.

q Uoniam ad virtutum ſcholas
o ſumma ⁊ eterna ſapiētia fer-
uenti deſiderio properare ac ſe-
dula mente eis intendere do-
ctrine tue vtilitas ⁊ verborum tuorum
guſtata ſuauitas me prouocauit: vbi duꝫ
crebro inuenio qualiter mori ac viuere
debeo: fateor me in horum actuali exer-
citio ꝓpa ex fragilitate ſuccūbē: atqꝫ iō
ad oipotētiā tuā ꝯfugiēs peto vt ad q̄ re-
media i aduerſis r̄currē debeā oñdē tua
pietate digneris. Sa. Septē ecl'e
ſacr̄a: ſeptē r̄media ſt̄ ꝑ q̄ hō quodāmō
i ſpūalē creaturā generat̄: fouet̄ ⁊ nutrit̄
⁊ gr̄a mediāte ad ſūmū bonū l' graduꝫ

pfectōis ꝑmouere:inter q̄ tñ quodā ex-
cellentiori modo diuini amoris ac cele-
ſtis gratie quidā fluuius deuotas aīas fe
liciter icendens ac ſuauiter inebrians de
ſacr̄o euchariſtie noſcit̄ peculiariꝰ ema-
nare. Nam ſicut arida ligna maxꝫ idone
am preſtant igni materiali ⁊ flāmas eiꝰ
faciūt i altum ſuccreſcere ⁊ ſe diffunder̄
circūquaqꝫ:ſic re vera hoc ſacr̄m caloris
ſpūalis incentiuū igni diuini amoris imē
ſum preſtat fomētum ⁊ ipm fouet duo-
te ſuſceptuꝫ. Nam iter oīa amoris indi-
cia nihil eſt ꝙ adeo totū ſibi rapiat aīuꝫ
diligētis ſicut dilecti deſiderata pñtia: q̄
ceteris oībus antefertur. Proinde i vltia
cena dilectis diſcipulis me metipꝫ ſacra
mentaliter obtuli:ipiſqꝫ ac oībus huius
ſacrificij miniſtris i ꝟtute ꝟborū meoꝝ
poteſtatē hāc imenſam delegaui:vt me
corporaliter pñtem habere poſſint q per
diuinitatis pñtiam cenſeor eſſe vbiqꝫ.

Diſcipulus. Oro dñe mi loquatur
ſeruus tuus ꝟbū i auribus tuis:⁊ ne ira
ſcaris famulo tuo. Tu es eni dñs meus:
⁊ ego ſuus tuus. Si bñ aduerti:dixiſti te
in hoc ſacr̄o eē ñ figuraliter ſed realiter:
ñ itētionaliter ſed corporaliter:qd an ita
ſit precor humiliter edoceri:qr hoc p̄ſta
ret magnaꝫ materiā te feruide diligēdi.

Sapientia. Certiſſime ⁊ veraciter ⁊
abſqꝫ oi dubitatiōe cōtineor i hoc ſacra
mēto deus:⁊ homo cū corpore ⁊ anima
carne ⁊ ſanguine:ſicut cū prodij ex vtero
mr̄is ⁊ in cruce ꝑpēdi ac ſedeo ad dexte
ram pr̄is. Diſcipulus. Ne q̄ſo indi-
gneris dñe mi ſi loquar. Non eni ex ra-
dice iſidelitatis:ſed ex admiratiōe imen
ſa h̄ mea ſñia ꝓcedit. Ualde nāqꝫ mira-
bile videt̄ ſi fas eſt dicere:qualiter corpꝰ
dñi mei formoſū cū ſuis dimēſiōibꝰ ⁊ oi
moda ꝑfectiō: cōtineri poſſit ſub formis
minutis ſpērum ſacr̄alium ſibi iproporꝛ
tionaliter icōmēſurarū. Sapientia.
Qualiter corpus meuꝫ i ſacramēto con
tineat̄ nulla ligua valet explicare neqꝫ ſē
ſus aliqs ꝑcipere nec ratio humana va-
let hoc apprehēdere:ſed ſola fide cōue-
nit hoc ſcire. Hoc eni dīe ſolius virtutis
opatio ē imēſa:⁊ ideo hoc fideliter tibi
credēdū ē ⁊ cauēdū a ꝓſumptuoſa ꝑſcru
tatōe. Uerūtñ deuote ſimplicitati tue cu
piens ad excitandū feruorē tuū magiſq̄ꝫ
ad rei ſoli deo cognite manifeſtationem
verbis tuis ſimplicibꝰ rñdebo:viā ſumēs
ex notis ſe tibi āt ignotis ad ea q̄ noticiā
oīum mortaliū excedūt. Dic mihi igitur
tu q perſpectiue ſcie ignarus es qualiter
modica pupilla totū emiſperiū celi in ſe
claudere poſſit vel quo nā modo ſpecu-
lū fractū i qualꝫ ꝑte ſui imaginē ꝑfectā
recipere poſſit:cum tamen h̄ ſint iequa-
lia ⁊ iproportionata? Et licet in hoc exē
plo ſimplici maior ſit diſſimilitudo q̄ꝫ ſi-
militudo ſicut ⁊ q̄libet res naturalis ma-
iorem iportat i propoſito diſſimilitudinē
q̄ꝫ ſimilitudinem:nihilominus tamen ex
his ñ icōgrue accipi pōt hoc vꝫ ꝙ ſi na
tura pōt tot mirāda i ſua opatiōe quare
virtus auctoris nature nō ſe extendat ad
longe maiora in ſua operatiōe. Item ſi
poſſibile videtur ꝙ conditor orbis dixit
⁊ facta ſunt vniuerſa ex nihilo:quare taꝫ
ipoſſibilis videtur hec trāſmutatio? Et
ſiue maior ſit actus iſte trāſubſtātiatōis
creatione ſiue minor ſiue equalis: nō in
cōſōnū tñ rōni eſt credere ꝙ hic q mun
dū ex nihilo ꝓducere potuit virtutē ſuaꝫ
nequaq̄ꝫ ad hūc ſolū actum limitauerit:
ſed ſicut oīa q̄cūqꝫ voluit fecit:ſic ñ erit
ipoſſibile apud deū oē verbū: ſed eiꝰ ſub-
eſt cuꝫ voluerit poſſe. Uñ ḡ miraris vnū
reliquū vero nō miraris? Preterea cre-
dis ꝙ diuina ſapientia de q̄nqꝫ panibus
q̄nqꝫ millia hoīum pauit:q̄ro qualis fue
rit mā q̄ oīpotentie ſue tunc ſubſuiebat

Diſcipulus. Adhuc rñdere ex ſimpli
citate mea neſcio:niſi ꝙ mirabilia opa
dei exclamo. Sapia. Sed ⁊ hanc
quoqꝫ interrogationē ſimplicitati tue cō
gruentē ſubinferā. Dic mihi:ſi credis te
aīam hr̄e vel aliqua entia iuiſibilia eſſe.

Diſcipulꝰ. Ego non credo me aīam

habere ſed ſcio: cum huius rei cognitio-
nem ex motu ⁊ ſenſu habeã ⁊ ceteris ſe
cundũ traditionẽ ſapientis huius mundi
de anima diffinita. Igitur ratio dictat:
entia in rerũ natura exiſtere q̃ nullo ſen-
ſui ſubeſſe poſſunt: ⁊ fortaſſis plura opa
dei ſũt immenſa q̃ꝫ ea que ſenſus comp
hendere põt: qđ ex ordine vniuerſi optie
diſpoſiti diligens inquiſitor faciliter inue-
nire põt. Sapientia. Ex p̃miſſis col
lige ad propoſitum tuũ: ꝙ vꝫ longe plus
intellectus cuiuſlibet beati excedit intelle
ctum cuiuſcũqꝫ ſapiẽtis q̃ꝫ intellectus ſa-
pientis itellectum alicuius idiote: ⁊ tamẽ
experiẽtia docet ꝙ multi illitterati pro i-
poſſibili habent ea de quibus piti habẽt
demonſtratiõẽ certiſſimã: ſicut patet p̃
cipue i geometria ⁊ aſtrologia. Sic i pro
poſito licet cognitionem viatorũ hec ma
teria trãſcendat qui ⁊ circa manifeſtiſſi-
ma nature intellectum cecutientem ha-
bere noſcuntur: tamen hi q ſciẽtia beato
rum perfruũtur hic in deo perfecte ituẽ
tur. Audi de hoc cõtionatorẽ eccleſie di-
cente. Eſt inqt homo q diebus ⁊ nocti-
bus ſõnũ oculis ñ capit: ⁊ intellexi ꝙ oi-
um operũ dei nullã poſſit homo iuenire
rõnem eorũ que fiunt ſub ſole. Quanto
plus laborabit ad querendum tãto mi-
nus inueniet: etiã ſi dixerit ſapiens ſe no-
ſce: non poterit reperire. En ꝙ qdã phi-
loſophus gentiũ pulcherrimum tibi ď h
protulit documentũ. Cũ eni numerũ mo
torũ orbiũ ſagaciſſime ꝑquireret. ⁊ que-
rendo deficeret. ſic dicebat. Fortioribus
hec relinquamus. Quot putas hi q ſunt
nature ꝓfundiſſimi ſcrutatores ⁊ rõcina
tionum ſubtiliſſimi venatores ⁊ cõplexio
nũ ſillogiſticaꝝ acutiſſimi argumentato
res veritates ſciẽtificis deductiõib⁹ ſe ha
bere gaudeãt. Utiqꝫ valde vacuas. Nã
⁊ hoc ſufficienter ꝓbat opinionũ plĩtas:
rõnum cõtrarietas circa eandẽ cõcluſio-
nẽ q̃ tñ interdũ adeo cõis ⁊ accomoda ẽ

vt p ſua accidẽtia ſenſui ſubiaceat ita vt
videat̃ ⁊ ſẽtiat̃: qꝛ ẽ. Quod ſi h̃ ita ſe ha
bẽt in his q̃ a nã ſunt ⁊ q̃ i ꝓſpectu hñt̃
ea q̃ i celis ſunt ⁊ q̃ videri nõ pñt ſꝫ oẽꝫ
nãm excedunt qs inueſtigabit? Si terre-
na dixi vobis ait ſapia ⁊ nõ creditis: quõ
ſi dixero vobis celeſtia credetis? Tales
dubitatiões ⁊ cõceptiões erronee de his
q̃ ſunt fidei interdũ ſurgunt ex hoc ꝙ hõ
imaginat̃ ⁊ iudicat de diuinis eſſe ſicut
de humanis: ⁊ de ſupnãlibus ſilr ſicut ď
nã cõſtantibus. Sic ãt nõ eſt faciendũ:
maximeqꝫ in ꝓpoſito cauendũ. Corpus
nãqꝫ dñicũ non eſt eo mõ in ſacro ſicut
corpus in loco qđ ſuis dimẽſionib⁹ loco
cõmẽſurat̃: ſed eſt ibi quodã ſpũali mõ.
Et ſi queris qualis ſit iſte mod⁹: dico ꝙ
eſt talis q eſt ꝓprius huic ſacro: ad quẽ
ſciendum imaginatio tua ꝑtingere non
põt. Uñ ⁊ intellectus tu⁹ tãq̃ꝫ cecutiens
redigendus eſt in captiuitatẽ in obſequꝫ
xpi ⁊ p̃ oculis habẽdũ quantũ virtus in
finita poſſit cui oĩs nã obedit ad nutuꝫ:
ſed ⁊ vocat q̃ nõ ſunt tãq̃ꝫ ea q̃ ſunt: licet
hõ hoc videre nõ poſſit ex defectu poten
tie viſiue oculi intellectualis. Exemplum
cõe ſatis de hoc hẽs de puero in carcere
nato ⁊ diu nutrito q ꝓ mirabili hĩret ſiqſ
ei de curſu ſideꝝ ⁊ diſpõne orbis multa
nãrare vellet. Proinde neceſſario valde
diuine ſapie ignorantie humane ↄdeſcẽ.
dens p̃dicta tãq̃ꝫ facultatẽ humanã exce
dentia hoibus tradidit credẽda. cui tãq̃ꝫ
veritati infallibili adherentes ſolido fide
les innitunt̃ fundamẽto maiorẽ inde certi
tudinẽ hñtes q̃ꝫ ſi intellectui cuicũqꝫ ſiue
ꝓprio vel alieno in re ſcita ⁊ ꝓportiona
ta initerent̃. Diſcipulus. Euidentiſ
ſimis vtiqꝫ ꝑſuaſiõibus fidẽ huius mihi
ſacri aſtruis: ⁊ admiratiões noxias timi-
daſqꝫ cogitatiões aium infirmũ ipulſan
tes tollis. Ex his nãqꝫ ꝑpendo ꝙ ſtult⁹-
eſt intellectus q̃rens ipoſſibilia ⁊ ꝑſcruta
ri cupiẽs impꝑſcrutabilia: q opa dei ſol⁹

magnalia ſcire ꝯtendit: ⁊ tñ in cognitiõe
opationū nature deficit. Quid ampli-
us mihi eſt neceſſe ſcire vel inueſtigare?
Scio ⁊ firmiſſime credo: q: tu es ſūma ⁊
infinita potentia q̄ oia potes: ſumma et
eterna ſapia q̄ oia ſcis ⁊ vides: ſimpliciſ-
ſima ⁊ imutabilis veritas q̄ mentiri ⁊ fal
lere nõ potes. Et iõ finis fidei mee ãcho
ra ſpei mee tu es nunc ⁊ in eternū. ſciẽs
q: beatus homo q ſperat in te. Quam-
obrẽ gaudete nũc viſcera mea: q: quod
q̄ſiui inueni qd volui obtinui: qd diu de
ſideraui nũc ipetraui. Quare triſtis es
anima mea: ⁊ quare conturbas me? Je-
ſum queſiſti: ieſum inueniſti. Abeſſe di-
lectum tuum ſepius hucuſq; cauſabaris
⁊ cum quamlibet letari de dilecti preſen
tia videbas inuidebas ac ingemiſcebas:
eo ꝙ illum quam tu diligebas minime
preſentem inueniebas: dicebaſq;. O di-
lecti mei ſubtractio crudelis: cuius me ſo
la paſcit memoria. Litteras ſcribit: nunci
os mittit: ſuam vero preſentiam ſubtra-
hit ⁊ oculo quodã inuiſibili omnibus cõ
muni me reſpicit: ſed ꝓh dolor hoc amã
ti nõ ſufficit. Jn lectulo meo per noctes
ipſum quero nec inuenio: in menſa cir-
cunſpicio nec ipſum video: in lateribus
domus mee vitem abundantem habe-
re concupiſco ⁊ defraudor. Sic inquam
dilectum habens dilecto careo: quia pre
ſentem mihi non inuenio. Nubes eum
de medio tulit: ad dexteram patris con-
ſedit. Circa cardines celi perambulat: nec
noſtra conſiderat. O vtinã talis eſſet mi-
hi dilectus qui mihi ⁊ ſi non ſemper ſal
tem frequenter adeſſet ⁊ conuiueret: de
cuius preſentia poſſem gaudere ⁊ inter-
dum de tribulationibus meis conſolati-
onem recipere. Sed nunc inſperata mi-
hi ſalus orti viſa eſt: quia vox meroris
mutata eſt in vocem iocunditatis ⁊ affe
ctus querentis i affectum tranſijt gratu
lantis. Nam quem plangebam abeſſe
nunc reperi adeſſe: ⁊ quem longe eſſe
credidi nunc iuxta me eſſe inueni. Et iõ
congratulamini mihi omnes qui diligi-
tis dominum: quia inueni dilectum me-
um: non ſolum ſecundum diuinitatē oi
bus preſidentem ſed ſecundum humani
tatem ſacr̄aliter preſentem. Jnueni non
quo aberat: ſed vbi plus non tam mihi
clare apparebat. Jnueni non vbi prius ñ
fuit: ſed quia me de ſua preſentia nouo
modo quodam doctrine ſcilicet radio il-
luſtrauit. Occulta reuelauit. abſconſa in
lucem produxit: ⁊ que prius ſciebam tra-
dente littera: nunc inſtruxit ſpirituali qua
dam ⁊ myſtica gratia. Mirum eſt ſi de-
cetero ab eccleſia auelli potero ⁊ ꝙ non
ibi die noctuq; remaneo: vbi dominum
meum preſentem habeo non ſolum ſpi-
ritualiter ſed corporaliter: non ſolum vt
deum ſed vt fratrem ⁊ amicum meum
dilectum. O quam gratus quandoq; fu
iſſem: ſi vel vnicam guttam tam precio-
ſi ſanguinis de dilecti mei apertis vulne
ribus in os meũ recipe potuiſſe vl' meruiſſẽ
felicẽ me reputaſſem ſi de eius pectore
tam precioſiſſimi liquoris ſtillicidium ſu
mere potuiſſem. Nunc autem diligen-
tiſſima conſideratione incipio aduertere
ꝙ non ſolum vnam guttam vel duas d
manibus vel pedibus ſeu de pectore pro
fluentibus recepi: quimmo totum ſan-
guinem ipſius ſumpſi ⁊ corpus eius cor
pori meo ſociatum eſt. O gaudium ⁊ ex-
ultatio cordis mei immenſa de tam ineſ-
fabili gratia mihi preſtita a dilecto. Nõ
ne iſtud eſt maximum donum atq; pre-
cipuum ⁊ dignis laudibus extollendum
ad quod neq; angelica natura audeat
aſpirare? Atq; ideo vtinam omnes artus
⁊ tota virtus mea ⁊ omnia interiora
mea in laudem tuam reſoluerentur: vt
amori tuo pro poſſe meo reſpõdere poſ-

ſem. Ratio conſulit tantum hoſpitem
reuereri: amor cogit tam dilectum ſpon
ſum amplecti. Tu quidem es deus me-
us ⁊ dominus meus ſed ⁊ frater meus:
⁊ ſi dicere audeo dilectus ſponſus me-
us. En quanta bona in te vno ſolo ſim-
pliciſſimo bono poſſideo. Non enim in
te habeo hoc vel illud particulare bonū
ſed ſummum bonum in quo omnia bo-
na tanquam in ſuo fontali principio con
tinentur. O quam digne preſentia hui⁹
boni affectum debet mouere. Et licet
manifeſte prout in patria hic videri in ſa
cramento non poſſit: feruidus tamen af-
fectus fidei fundamento innixus ⁊ ideo
tantum ſolidatus eſſe deberet: vt huius
ſacramenti preſentia in corde ſuo omnē
terrenum affectum ſuperaret. Bene
itaq; appellatur ſacramentum hoc: ſa-
cramentum amoris. Quid enim magis
eſt amoris inflammatiuum quid dilec-
tionis: quam coniunctio dilecti cum di
lecto familiaris? Nunc anima mea con-
ſolare: quia quod queſiſti inueniſti. Su
ſcipe chriſtum preſentialiter ⁊ veraciter
quēadmodum ſymeon ille iuſtus ⁊ timo
ratus ipſum preſentialiter ſuſcepit. Nā
diu in oratione hoc optaſti: ⁊ vltra votū
nunc qd̄ voluiſti obtinuiſti. Licet enī ſy
meon ipſum viſibiliter ſuſceperit tu autē
inuiſibiliter: non tamen minus ipſū ve-
racit̄ ſuſcepiſti. Deniq; ſicut oculus me-
us corporeus nunc in ſacramento non
poteſt videre tuā humanitatem: ſic nec
predictus ſymeon, te in vlnis portans
videre poterat tuam diuinitatē niſi ocu
lis fidei ſicut ego nunc preſentem video
Sed quid mihi de viſu corporeo cū bea
ti dicantur oculi qui vident ſm̄ carnem
ſicut ſcribe ⁊ phariſei: ſed ſpiritualiter: ſi
cut electi diſcipuli. Quid ergo vis āpli⁹
o anima ſcire de tuo dilecto? quid am-
plius queris? quis deſideras? Certiſſime
⁊ abſq; omni dubitatione ipſum habeo

in ſacramento preſentialiter licet inuiſibi
liter. Sed attende diuinam ordinationē
Nonne multo conuenientius ſub aliena
ſpecie: q̄ ſub ꝓpria forma hoc agitur my
ſterium? Quis enim tante poſſet eſſe fe
rocitatis: vt ipſum preſumeret ſub forma
carnis ⁊ ſāguis maſticare? Vn̄ diu̇a ſapiā
optie diſponēs oīa ꝓuidit vt carne ⁊ ſan
guie remanēte ſb̄ ſpē pāis ⁊ vini q̄ cōiter
hūane refectiōi deſuiūt hoc ſacr̄m ſuma
tur. Quid aptius: qd̄ leuius: qd̄ decētius
poterat inueniri: qd̄ ⁊ nobis ꝯgruēt ⁊ ve-
ritatē nō deſerēt? Cum h̄ ⁊ ſilia opa tua
magnalia ⁊ mirabilia tā ꝑoptime diſpo
ſita cōſidero o eterna ſapiā p̄ ſtupore dīſ
cio exclamāſ i me metipo. O altitudo di
uitiaꝝ ſapie ⁊ ſcie dei qualis es i ipa tua
eēntia q̄ talis es ac tāt⁹ i rerū creataꝝ ef
ficētia tā ꝟtuoſa. Nūc igit̄ rex meus, ⁊
de⁹ me⁹ q̄ ñ meis meritiſ ad officiū ſacer
dotale dignat⁹ es eliger̄ ⁊ miniſtꝝ facer̄
tātorū myſterioꝝ vt poſſim te quotidie
agnū īmaculatū ſumē ⁊ offerre: peto vt
doceas qualiter te digne valeā ſuſcipere
ita vt ſit ad gloriā tuā ⁊ ſalutē aīe mee: h̄
ſciens pro certo q̄ nullus vnq̄ rex tam
magnus vel glorioſus tā honorifice ⁊ re
uerēter fuit ab aliqua ſuſcept⁹ ciuitate:
nec aliquis chariſſim⁹ amicus de via lō
ginqua veniens tā letāter ⁊ affectuoſe
ſalutatus: nec ſpōſus dilect⁹ a fideli ſpō
ſa tam gratāter ⁊ amoroſe recept⁹ ⁊ re-
uerenter tractat⁹: ſicut aīa mea te meū
gratiſſimū imperatorem: dulciſſimum
amicum ⁊ hoſpitē: dulciſſimū ſponſū ⁊
amatorem hodie deſiderat introducere
⁊ recipere in domū ſuā ⁊ in cubiculum
cordis ſui ſecretiſſimū: ibiq; tibi oēm ex
hibere reuerētiam ⁊ impendere amorē
ac deferre honorē a pura creatura crea
tori poſſibilē. Sapiētia. Cū ad reue-
rendum altare accedes ſacri dei tui cor
pus ⁊ ſanguinem fidei oculis reſpice: ſic
vz certiſſime vt ſine omni heſitatiōe to-

to corde credas ⁊ ore ꝯfitearis ꝙ hoſtia
conſecrata ſit verus dei filius de virgie
natus: q mortuꝰ eſt ⁊ ſurrerit iuder viuo
rum ⁊ mortuorũ: vt ſis de numero illoꝝ
qui ſunt veri iudei nõ littera ſ; ſpũ: non
ſm carnem ſed ſm repromiſſionem: in-
dutus confeſſione cordis ⁊ oris ſicut ve-
ſtimento: vt omnia interiora tua eu; eẽ
dominum cõfiteantur: ⁊ omnia oſſa tua
ad ipſum proclament. Deinde cu; reue
rentia debita ⁊ honore ꝑcipuo occurrẽs
deo tuo deuotione quadam humili mi-
rare ꝙ tantus dominus ad tantillu; ſer
uum ⁊ tanta nobilitas ad tam miſerum
vermiculum ⁊ maieſtas tanta ad vilem
leproſum dignatur venire: ⁊ dic cu; me
tu ⁊ reuerentia. Domine non ſu; dignꝰ
vt intres ſub tectu; meum: ſed confiſus
de tanta pietate ⁊ clemẽtia accedo infir
mus ad medicũ vite: ſitiens ad fontẽ mi
ſericordie: egenus ad dominu; celi ⁊ ter
re: ouis ad paſtorẽ: figmentum ad ſuum
creatorem: deſolatus ad meum piu; cõ
ſolatorem ac liberatorem. ¶ Poſtea ardẽ
tiſſimo deſiderio: manu cordis hauſtu ĩ
teriori tam preclaru; ſuſcipe ſponſu; eiꝰ
preſentia dulciſſima delectatus. Et hoc
eſt qḋ ſuper oĩa deberet mouere aĩmũ
amoroſum cum. ſ. cogitat ſe preſentem
habere ipſum dilectum ſuum amicũ ꝑ
cuius amore huic mũdo quotidie mori-
tur ⁊ omnem terrenũ amorem execratᷓ.
En huiꝰ mũdi ſtulti amatores quacũqꝫ
die ſolũmodo viderint vbi dilectum eẽ
meminerint tota die illa ampliꝰ gaudẽt
⁊ letiores redduntur. ¶ Perpẽde ergo ex
hoc ꝗ̃ digne gaudebit ⁊ vehemẽter ex-
ultabit qui non creaturam vilem ſ; om
nium creatorẽ: non ſtercus inuolutũ ſed
dei ſapientiam humanatam recipit ſub
hac viſibili forma. Miru; ꝙ animus a-
moroſus die illa qua dilectũ creatorẽ ſu
um ſumpſerit ꝑ aliqua re temporali po
terit contriſtari: qꝛ abſqꝫ dubio tam im-
menſam apud ſe materiam habet gau-
diorum: ꝙ merito omnẽ euentũ contri-
ſtabilem abſorbere ⁊ annihilare debe-
ret ſicut occeanus guttam in ſe receptã;
aceti. Demum ſi ſacramenti huius ſapo
rem tibi inexpertum experiri deſideras:
cura animã prius abſtrahere a negotijs
ſecularibus: a vitijs ⁊ carnalitatibus: vt
eius ſumptionem precedat profunda cõ
tritio ⁊ pura confeſſio: itẽqꝫ actualis de
uotio te potius trahat ꝗ̃ indulta conſue
tudo. Ardentiſſimis affectionibus ⁊ ſan-
ctiſſimis meditationibus tanꝗ̃ roſis ru-
beſcentibus ⁊ lilijs alleſcentibus hoſpiti
olum cordis tui ei adorna: ⁊ thalamum
tanto ſponſo per veram cordis pacẽ pre
para. Et cum preſentem ſenſeris: inter
cordis brachia ipſum reclina per excluſi
onem terreni amoris ⁊ incluſionem ſpõ
ſi celeſtis. Deinde deuota anima me au
dire faciat vocem ſuam cantando mihi
de canticis ſyon: cuius melodia ex tripli
ci proportione compoſita ſuauiſſimum
reddit ſonũ: v; ex perfecta obliuione ter
renorum: feruido affectu eternorũ ⁊ lau
dis quadam inchoatione ſpũum beato-
rum. Felix qui hoc guſtu interno perci-
pere meruit: qui hoc per vera; experiẽ-
tiam magis ꝗ̃ per verba vel ſcripta co-
gnouit. In hac felici vnione ſi conceſſa
fuerit deſuper ineffabilis pauſatio: rapti
ca quedam contẽplatio ⁊ inuſitata frui-
tio illiꝰ ſũmi ⁊ veri preſentis boni qui a-
nimam ſurſum trahat ⁊ ad puram con-
templationẽ dilecti pauliſꝑ trãſmigrare
faciat: gratias referat bonoꝝ omniũ lar
gitori: nec ſe verbis effundat ſ; ſecretum
ſecretum teneat: ſciẽs ꝙ aĩal' homo nõ
percipit ea que ſunt ſpũs ſ; ſtultitia illi
videtur: neqꝫ alienus veſcetur ex eo: ſed
cum profundo cordis gemitu in hãc vo-
cem erũpat ⁊ dicat. Uere tu es deꝰ ab-

ſconditus. Et qđ oculus nõ vidit nec au
ris audiuit ⁊ in cor hominis aſcendit ter
reſtris:non ſolum que deus electis ſuis
in futuro reſeruauit:ſ; nec ea que ĩ hac
vita ſuis amatoribꝫ dare cõſueuit. Di
ſcipulus. O mira ⁊ ſtupẽda cordis no
ſtri cecitas ⁊ duritia ingemiſcenda. In
abundantia nãqꝫ maxima ſpũalium di-
uitiarum tanto tẽpore pauperrimus ex-
titi:in copia tantarum delitiarum miſer
fui:in redundantia gratiarum aridus re
mãſi. Miſer ego:tantalus alter ego:ru-
beſcentes roſas delectabiles de roſario
tuli:nec earum ſuauem percipio odore;
flores vernantes manu geſtaba;: ⁊ pul
chritudinem eorum non aduertebam.
Oculos apertos habui:ex ignauia ad tot
mirabilia nõ reſperi. Stillicidia celeſtia
recepi:nec perſenſi. Ad menſam delitio-
ſam quotidie inuitatus fui:⁊ vacuus ac
matie confectus inde receſſi. O mi deꝰ:
tibi conquero: cũ intimo gemitu cordis
mei qꝛ tãdiu longe a te abera; :⁊ tu mi
hi tam prope fuiſti:tu mecu; eras:⁊ ego
tecum non eram:qꝛ me curis mundanis
⁊ vanitatibus ſuperfluis inuolues te mo
dicu; curabam. O dulcis hoſpes anime
qualiter ab ineunte matura etate cũ pri
mum ad me veniſti vſqꝫ ad hanc hora;
te recepi:qualiter te pertractaui ſumma
pulchritudo. Heu me miſeru;:q̃ frequẽ
ter te ſumma maieſtas irreuerenter ſuſ-
cepi:q̃ tepide panem angelorum ſũme
deſiderabilem ſumpſi. O inſenſibilitas
anime mee liquorem balſamiticum mel
litum : delitioſum atqꝫ ſuauiſſimu; ĩ ore
habui:nec fragrantia; ipſius ſenſi. O tu
iocundiſſimum ſpeculum cunctoru; bea
torum:⁊ gaudioſum ſpeculum omnium
angelorum:⁊ feliciſſima letitia hominu;
bonorum:ſic vitã meam miſeram expen
di qꝛ raro vel nũq̃ ſuauitatem tãtam ex
preſentia tua expertus ſum:nec ſpiritua-
lem aliquando conſolationẽ de tua dul
ciſſima preſentia habui quantum poſſibi
le fuiſſet:ſi me cum debita reuerentia ⁊
deuotione ad tuum ſacroſanctum corpꝰ
⁊ ſanguinem diſpoſuiſſem. Heu ꝓh do-
lor me miſerum ſic me terrenis actioni-
bus ⁊ affectionibus mundanis implica-
ueram:ſic eis per deſiderium inheſera;
vt palato meo non ſano magis ſaperent
corpalia q̃ ſpiritualia:⁊ terrena plus mo
uerent q̃ eterna. Unde ſi in craſtino a-
mici alicuius dilecti aduentum preſciuiſ
ſe;:pre gaudio noctem illam inſomnem
duxiſſe;:⁊ ſtudioſe totis viribus precogi
taſſem qualiter ſibi in omnibus placere
potuiſſem. O mi deus:ſed e regiõe te ſũ
me reuerendum ſũme dilectum quem
celi concentus honorant:quem terra:põ
tus:ethera colunt:adorant:predicant:cu
ius faciem abyſſus cõtremiſcit:⁊ cui om
nis creatura obedit:nunquam cum tan
to affectu ⁊ deſiderio recepi nec honora
ui vt potui ⁊ debui. Ah me miſerũ ⁊ ſtul
tum quantum in hoc deliqui. O q̃ cito
me a te ad alia conuerti:auerti faciẽ me
am ne viderem in finem. Quãcito ĩte ex
puli:nec tibi in me locum ad amandum
permiſi. Sic me ſepius tedioſe ad te ha
bui ac ſi tu deus meus preſens mihi fuiſ
ſes:ſic diſſimulaui ac ſi te preſentem mi
nime aduertere vellem. Nunc autẽ om
ni diſſimulatione proiecta quaſi de ſom
no ad vigiliam expergefactus oculos a-
perui tuam preſentiam affectuoſiſſime
amplectens cum deſiderio cordis ⁊ ani-
me mee. Nam quotienſcunqꝫ preſenti-
am tuam recogito:exultare incipit ſpiri-
tus meus pre gaudio quaſi per bonũ nũ
tium recipit venientem de longinquo.
Taceo de dei mei preſentia reuerenda
certe qꝛ minus eſt ſola angelorum tuo-
ru; felix preſentia:in quocunqꝫ loco eti
am multum diſtanti inuenta: mihi fue-

rat affectu precipuo amplectenda: quos ⁊ ſi oculus corporeus non vidiſſet: ſaltez per fidei experimenta affectu interiori edoctus eorum preſentiam honoraſſem. Nunc autem certiſſime cognoſco: quia non ſolum angelorum delectabilis exercitus ſed etiam angelorum dominus locum hunc honorabilem reddit. Vere enim dominus eſt in loco iſto ⁊ ego neſciebam. Et ideo vehementer doleo ꝙ huic loco magnam reuerentiam non exhibui verbo ⁊ facto. Nam vbi dominū meum preſentem ſciui humiliter inclinare debui. cum aliud ſignum reuerentie ſibi exhibere non potui: quid fecit daniel vir deſideriorū qui in terra aliena cōſtitutus verſo vultu cōtra ciuitatem vbi templum domini eſſe ſciebat dominum ſuum adorabat. Et ecce templo maior hic eſt. Heu quotiens in choro in preſētia ſacramenti ſteti tam indeuote ⁊ diſtracto corde ⁊ per oculorum euagationem cordis mei oſtendebam indeuotionem. O quotiens locū hunc in quo ſub ſacramento hoſpes dulciſſimus preſens fuiſti negligenter ⁊ feſtinanter preterij: q: nec vocem quidem deuote ſalutationis cor meum tibi modo amabili cum affectuoſa inclinatione exhibuit. Propterea nempe q: tu deus meus ⁊ dominus meus amor meus es ⁊ cordis mei theſaurus pretioſiſſimus: ideo tue preſentie debuit cor meum aggaudere: anim⁹ applaudere. oculi letāter arridere: os iubilare: labia te benedicere ⁊ glorificare: ⁊ ſingula queq; membra ⁊ artus tui oſtēdere ſigna amoris. Quis enim ignem in ſinu ſuo tenere poteſt vt non comburat: ⁊ amorem ignitū preſente amabili abſcōdere vt non prodatur? Velit nolit proditur lumine ſuo. Vide ergo ꝙ negligens amator tu es: atq; ideo nō amator quia negligens. Intenſus nanq; amator negligens eſſe non poteſt. Operatur enim magna ſi eſt. ſi autem non operatur amantis non eſt. Quid fecit ille tuus ſimphonides homo ſecūdum cor tuum: qui nudatus velut vnus de ſcurris cum organis armigatis totis viribus ſaltauit coram archa in qua fuerunt ſolum res cōporales vmbram futurorum habentes: que nunc veritate detecta ad lucem prodierunt? Nam hoc ſacramentum continet manna non quidem hoc quod manducauerunt hi qui in deſerto mortui ſūt ſed panem celeſtem quem qui manducauerit viuet in eternum. Et ideo nemo mihi decetero moleſt⁹ ſit: ſi hec magnalia opera mirifice extollo: quia ſi cuncta corporis mei membra in numeroſitate arenā maris excedentia eſſent organa dulciſona: ⁊ omnes potentie mee eſſent voces iubiloſe: his omnibus te laudare cuperem totis viribus meis conditor orbis ſiens īſuper ac dolēs ꝙ huc uſq; ad hoc celeſte myſterium intellectum habui tā excecatum ⁊ affectum induratum: eo ꝙ nimis ſuperficialiter tranſiui nec ponderanda ponderaui: ⁊ me ad tantam gloriam non habilitaui. Sed nunc expanſis in modum crucis manibus ⁊ erectis ī celum luminibus: precor veniaz de obmiſſis. In tenebris nanq; deſidioſe conſiderationis fui vſq; adhuc. Nunc autez lumen ſapientie tenebras propulſauit: ⁊ te mihi affectu quodam ineffabili demonſtrauit: deſidiam repulit: ⁊ fidem dormitantem excitauit. Reſtat igitur nunc vt quem tua grata preſentia veluti pane vite ⁊ intellectus cibaſti: potu quoq; ſapientie ſalutari potando inſtruas reſpondens tuo famulo ad queſita. Primo igitur quero quid per tuam preſentiam conferas homini te deuote in ſacramēto ſuſcipienti. Sapiētia. Queſo vnde procedit hec interrogatio? Amator eo

an mercenarius? Putas ne hanc inter-
rogationem idoneam eſſe animo amo-
roſo? Intenſe amans dummodo ſuum
amatum habeat: non multum alia cu-
rat. Dilectum querit: ⁊ ideo dilectu3 ha
bendo bonum vtile diſſimulando tran-
ſijt. Pro amore queris: aut pro amoris
mercede? Quid melius: quid vtilius: qd
ve pretioſius habeo memetipſo? Qui ha
bet hoc quod noſcitur amare: quid vlte
rius hoc debet deſiderare? Qui ſeipſu3
totum amico dedit: quid queſo ei nega
uit? En in ſacramẽto meipm tibi tribuo
te tibiipſi aufero: ⁊ te in meipſu3 conuer-
to. Non enim tu me mutabis in te ſicut
cibum carnis tue: ſed tu mutaberis i me
Sed fortaſſis nundum in amore perfe-
ctus es: non ſolum ipm ſ3 eius aliqualẽ
diligens mercedem: ideo tibi nũc reſpõ-
deo per interrogationem equipolente3.
Dic mihi quid confert ſolis fulgor aeri:
cum in tota virtute ſua abſq3 nube ruti
lat: ⁊ ipſum quaſi perpendiculariter pe-
netrat in tempore meridiano: vel quid
preſtant micantes pliades aut lucifer ra
dioſus caliginoſe nocti: aut certe qd de-
coris affert vernalis ſerenitas terre hie-
mali glatie conſtructe. Diſcipulus.
Multum itaq3 fructum ⁊ magis decõ-
rem ſingula hec ſecum afferre dubium
non eſt. Sapientia. Magna quidẽ
hec tibi videntur atq3 glorioſa: quia nõ
ſunt ⁊ comprehenſibilia. ſ3 reuera dona
ſpiritualia in ſacramẽto collata ſuo mo-
do ſunt multo maiora. Nã minima gra
tia gratum faciens quam in ſacramento
deuote ſumens meretur recipere magis
animam in futuro ſpirituali irradiatiõe
clarificabit q̃ aliquis ſolaris radius aerẽ
purum poſſit illuſtrare: cum ſpiritualia
incomparabiliter excedant corporalia: ta
citis nihilominꝰ diuinis ⁊ occultatis q-
buſdã illuminatiõibꝰ qbus aia interdu3
etiã in hac erũnoſa meretur perfundi: in
tantum vt ſibi putet abyſſum claritatis
aperiri que tamẽ a nullo ſenſu cõprehẽ-
di poſſunt ſed a ſolis recipientibꝰ cogno
ſcuntur. Item talis gratia maioris illu-
minationis in futuro ſeminarium exiſtit
q̃ ſi omnia ſydera celeſtia in vicino ter-
re poſita eſſent: ⁊ hunc mundu3 tota vir
tute illuminarent. Item talis gratia fide
liter reſeruata maiorem preſtabit anime
in futuro venuſtatem ⁊ pulchritudinem
ſpiritualem: q̃ aliqua eſtas cunctis terre
germinãtibꝰ corporalẽ vnq̃ poterit pre-
ſtare decorem. Et ſi vis hec omnia cer-
tius noſcere: diligenter perpende condi-
tiones huius ſacramenti. Nonne diui-
nitatis radius in hoc ſacramẽto velatus
in pria autem clarus ⁊ manifeſtꝰ preſtã
tior eſt ad clarificandã hic aiam ſibi per
grãm iunctam: in futuro aũt per gliam
q̃ ſol iſte viſibilis ad illuminãdũ totiꝰ ae
ris emiſperiũ? Nam3 ipe ſolꝰ ẽ q illabit
eẽntie ⁊ ſpũs btõs ſeipo replet: vt iã cũ
eo vnꝰ ſpũs fiant. O quãta erit gloria q̃
imenſa claritas. cũ aia tota ex ſe poſita
tota i deũ trãſformabit. Itẽ corpꝰ meũ
glificatũ hic fideliter cũ grã ſacri ſũptũ
nõ ne totã celeſtẽ curiã ⁊ q̃libz electam
aia3 maiori venuſtate valet decorare q̃
curſus ſyderum ⁊ varietates tempor3
terram hanc poſſint corporaliter adorna
re? Item anima mea nobiliſſima ⁊ ver-
bo viciſſime vnita in hoc ſacramento cõ
tenta non ne maioris eſt luminoſitatis
ſuo modo formaliter ⁊ effectiue quam
ſint omnia aſtra matutina ⁊ ſydera veſ
pertina? Et hec omnia fideli anime ex
ſacramenti huius debita perceptione i
futuro largientur: exceptis alijs gratijs ⁊
vtilitatibꝰ quotidianis magnis ⁊ innũe-
ris q̃ ⁊ ſepius replicant. Diſcipulus.
Stupeo cũ audio tot inſignia de hoc
ſacramẽto glorioſo ⁊ mirabilia: ſed pre-

coꝛ ne ſpnas vnaꝫ quã ꝓpono dubitatio
nẽ. Ex quo oꝑs deus h̾ venerabile ſacra
mentũ tã inumeris ⁊ glorioſis effectibꝰ
ſpũalibus dignatus eſt decoꝛare: nõ ſo/
lum in futuro ſed i pñti: q̃ſo quarꝭ hoc to
tuꝫ ſit ſic occultũ ⁊ abſcõdituꝫ vt pene a
nullo ꝑcipiatꝭ nec eiꝰ ꝟtus ſi audeo dice
re credẽtibus apparere ſatis videatur?
Quid circa alios agat neſcio: cũ ñ ſiꝫ ex
ploꝛatoꝛ cõſcie aliene: hoc vnũ aliquoti/
ens i me expertꝰ ſum ꝙ cũ ad ſacroſcũꝫ
coꝛpus ⁊ ſanguinẽ dñicũ accedere volui
a quo tãta bona ꝓcedere audiui i tanta
coꝛdis duritia ⁊ mẽtis quadã hebetudie
me iueni accedẽtẽ ⁊ recedentẽ ꝙ oium
ſpũalium illuminationũ ⁊ diuinoꝛũ cha/
riſmatũ de hoc ſacr̃o ꝓcedẽtiũ ꝓut adũ
tere potui tã exps remãſi: ꝙ nec i aliquo
ſuauẽ eiꝰ guſtũ i me ſẽtire potui: ſꝫ ſicꝰ ſi/
ne fructu remãſi ac ſi penitꝰ nullũ effec/
tũ ipꝫ ſacr̃m i ſe hẽret. O magnũ conſi
liũ altiſſimi. O ſi auderet famulus iſipi/
ens ⁊ ſtultus repꝫhẽdere dñꝫ ſapientiſſi/
mũ ⁊ irrepꝫhẽſibilẽ ꝓptie oĩa diſponen
tẽ. Quare q̃ſo tãta ſic occultaſti bõa ⁊ tã
imẽſa? None melius eẽt: vt euidẽtioꝛibꝰ
inditijs ⁊ manifeſtioꝛibus expimẽtis fidẽ
tãtoꝛuꝫ iſtauraſſes myſterioꝛũ. Sapiẽ
tia. An ignoꝛas q꞉ ꝑ fidẽ ambulas ⁊ ñ
per ſpẽm? Sꝫ qð ſenſus idicat expientia
ꝓbat: fides qualiter p̃t recipere? Quiim
mo neceſſe e fidẽ deficere: vbi demõſtra
tio cognoſcitur locũ habere: ⁊ ꝑ conſe
quẽs meritũ fidei ꝑibit p̃clarũ. Si g̃ vis
ſacr̃i huius myſteriũ experiẽtie cõmitte/
re: neceſſe erit fidẽ ⁊ fidei meritũ de me/
dio tollere. Et qd ſi ellectus aliqs cogi/
tatiões timidas p̃teruolãtes ſentit nec tñ
cõſentit? Utiqꝫ coꝛonabitꝭ ſi legitie certa
uerit. Api q̃ſo libꝛum coꝛdis tui ⁊ vide q̃ꝫ
euidẽtiſſima cogitatiõe huius ſacr̃i my/
ſterium datꝭ cognoſci quoꝛũdã coꝛdibus
Et qdẽ ſi nõ ſemꝑ: qñqꝫ tñ ex gratia ⁊ ꝓ
uilegio ſpãli datꝭ quodãmõ ineffabiliter
ꝑcipi veritas huius ſacr̃i: ita vt ⁊ ſi poſſi/
bile ſit eẽ aliquã ſciaꝫ maioꝛẽ ⁊ certioꝛẽ
ſcia fidei: ꝑ hãc ſciri ⁊ cognoſci datꝭ hu/
ius iextimabilis ſacr̃i veriſſima exiſtentia
vt ꝓ tũc fides quodã mõ actualiter ceſſa
re videatꝭ ⁊ res putentur tranſiſſe in ve/
rã ꝑfectãqꝫ cognitionẽ. Hec qdẽ dixeriꝫ
ñ ꝑꝫ curſuꝫ cõeꝫ: cum oium ſciarum ele
mẽta ⁊ ꝑncipia hec excedat cognitio.
Nec ipis quidẽ chariſſimis hec ſcia ſem
per aderit deo melius eis ꝑ fidei pꝛinci/
pia ꝓuidẽte: ſed ſolum iterdũ cũ vꝫ ani/
ma ad ſuperna rapitꝭ ⁊ ad celeſtia myſte
ria cognoſcẽda eleuatꝭ: pꝛout tũc diuina
gratea hic vel his ſimilia dignatur mani
feſtare q̃ reuelat de tenebꝛis occl̃ta ⁊ eni
gmaticas ac ſenſibiles interdũ dat ſuꝑ
grediẽdo manifeſtatões ⁊ ad iuiſibilia ⁊
archana ſecretoꝛũ dei extollit: a qbus tñ
cũ auulſus fuerit rurſus redibit ad cõſue
ta fidei documẽta ꝑoꝛũ pene ignarus.
Igitꝭ ex his patenter collige ꝙ hoc ſacr̃ꝫ
non ideo minus eſt verum q꞉ ſpũalis eiꝰ
effectus inuiſibilis vel ſenſibiliter imper/
ceptilis eſt. Nam pꝛeſentia diuina ibi
dem exiſtens lux eſt: non quidẽ talis que
ab oculo coꝛpoꝛeo videri poſſit vl̾ que ſe
ad exterioꝛa diffũdat: ſed que a ſolo itel
lectu diuino vel ſaltem ab ipſo beatifico
videri poſſit ⁊ que in ſui ipſius eſſentia
lux eſſentialiter exiſtit. Nam ⁊ ſubſtan/
tie ſpirituales q̃ſto fuerint nobilioꝛes: tã/
to ſimplicioꝛes minima nẽpe q̃ſtitate ſũt
maxima autem virtute. Diſcipulus.
O q̃ꝫ pauci ſunt in hoc mundo qui di/
ligenti ſolicitudine curent ponderare ſa/
cramenti huius pꝛetioſiſſimam virtutem
⁊ vtilitatẽ. Accedunt quidam arida qua
dam ducti conſuetudine moꝛem com/
mũitatis ſeq̃ntes: feſtinãter ñ vt accedãt
ſꝫ vt recedãt: feſtinãtes ñ ex affcũ deuo/
tõis ſꝫ ex defectu diuini feruoꝛis: ⁊ iõ ſitꝭ

vacuí accedunt ſic ⁊ inanes ⁊ ſine gratia
recedūt. Et hi ſūt ſicut aīalia nō rumināntia que in lege tanꝗ̄ immunda reijciebantur.
tur. Non eiꝫ ſtudioſe recogitant nec ꝑ
tractant quem recipiunt vel quāta bōa
ſeu mala hincinde ſequaris bene vł ma
le recipiētes. Sꝫ ⁊ ſi ſupficialiter fortaſ
ſis ⁊ quaſi perfunctorie hec eorū memo
rie occurrūt: ſtatim velut parua ſcintilla
in frigido pectore extinguit̄ ⁊ vltra non
comparet. Sapiētia. Tria ſunt ge
nera hoīum me ſacr̄aliter recipientium
Quidam ſunt oīo indiſpoſiti ſicut illi q
ſunt crialibus īuoluti: quidā bene diſpo
ſiti ſicut ꝑfecti: qdam medio mō ſe hn̄t
ſicut ideuoti. Primi merentur eternaꝫ
mortē ⁊ tēporalem maledictionē: ſecū
di vitā eternā ⁊ ſpūalē benedictionē. ter
tij panē artū ⁊ cibū inſipidū comedētes
eius nō percipiunt ſuauitatē. Diſcipu
lus. Quid ſi hō fragilis pctā aliq̄ oc
culta fortaſſis cōmiſit ſed in ꝓcinctu ac
cedendi de pctis cōteritur ⁊ facit ſm ſta
tuta eccleſie hoc qđ pōt: nunquid aude
bit de tua gr̄a hō hic pctōr accedere?
Sapientia. Si vere cōteritur ⁊ cōſilio
ſpūaliū vtit̄ medicoꝝ: iā ꝓprie loquēdo
pctōr non eſt. Maria magdalena dum
corde cōpuncta ad pedes dn̄i acceſſit et
lachrymis hos rigauit: nomē quidē pec
catricis hūit: peccatrix tn̄ amplius nō fu
it: q: ei xp̄s pctā dimiſit. Diſcipulus.
Unuſquiſqꝫ in ſenſu ſuo abūdet: ego
aūt in ꝓpoſito vere exiſtimo ꝙ huius ſa
cramēti diuina myſteria oēm ꝟtutē trā
ſcendāt ⁊ oīa mirabilia opera dei ī hoc
mūdo ſupexcellāt. Quis enī viuit ī hoc
mundo tā pure vel innocēter qui ſit ido
neus miniſter vel ſuſceptor h' ſacr̄i: vel
q preſumere audeat de ſemetipſo quan
do petrus aplōꝝ princeps inclytus expu
lit dicens: exi a me q: pctōr ſū dn̄e? Sic ⁊
ille cuius fidem ſingulariter in iſrael dei
ſapia laudabat dixit. Nō ſum dign' vt
intres ſub tectū meū. Quis igitur natuſ
de muliere ſe cōdigne ad tāta myſteria
poterit ꝑparare? Sapīa. Inter na
tos mulieꝝ nō ſurrexit q ex ſola virtute
⁊ iuſtitia opeꝝ ſuoꝝ tāqꝫ ex condigno ſe
ſufficienter ꝑparare poſſit: et ſi vnus hō
hr̄et nālem oīum angeloꝝ puritatem ⁊
oīum cōprehenſoꝝ mundiciā ⁊ claritatē
oīumqꝫ viatoꝝ merita ꝑ vite auſterita
tem. Ex his omnibus circūſcripta diuīa
gratia nō fieret ſatis idoneus ad percipi
enda tāta myſteria. Diſcipulus. O
deus eterne ꝙꝫ terribile eſt mihi meiſqꝫ
ſimilibus peccatoribus hec audire.
Heu: heu dn̄e deus ⁊ ſi celi non ſunt
mundi in conſpectu tuo ⁊ in angelis tu
is reperiſti prauitatem homines quoqꝫ
magnoꝝ opum te non merētur ex iuſti
tia ſua recipere: vhe mihi qđ erit de no
bis qui in luto peccatorū continue volu
tamur: ſꝫ ⁊ velut claudus in limo ſic in
ipſis noſtris vtcūqꝫ bonis operibus mo
dicis fluctuantes in duas partes claudi
camus: qui parum vel nihil deuotionis
habentes: nec de ipſis quidem negligē
tijs noſtris prout oportꝫ compungimur
cum quanta nobis formidine merito eſt
accedēdū ⁊ timēdū ne forte hoc qđ de
beret cedē ad veniā cedat ad ruinam?
Sap. Attēde diligēter ꝙ hoc pie
tatis ſacramentum eſt in remedium in
ſtitutū: ⁊ ideo quandocunqꝫ homo facit
hoc quod poteſt habilitādo ſe ad grati
am ſufficit: nec requirit deus ab homīe
hoc quod ſibi viderit īpoſſibile eē. Qn̄
cunqꝫ igitur ſuſcipiens facit id quod po
teſt: diuina pietas ſupplet per gr̄aꝫ hoc
ad quod ſine gr̄a ꝑuenire nō poteſt. Et
ideo ceteris paribus potius ē accedēdū
ex ꝯfidētia diuine ꝑietatis ꝙꝫ ex conſide
ratione proprie fragilitatis abſtinendūꝫ:
ꝙuis vtrunqꝫ pro loco ⁊ tempore redda
tur commendabile. Non ne egrotus fe
ſtinat ad medicum: ⁊ pauper diuitis pul
ſat ad hoſtium? Accede: pulſa nihil heſi
tans. Medicus enim ⁊ piiſſim' diſtribu
tor largiſſimuſqꝫ remunerator: ipſe ſolo
verbo reſtaurat vniuerſa ſua preſentia

curat vulnera: medetur cordibꝰ: triſticiā
depellit ⁊ cordis leticiā tribuit. Quis er-
go tam incōſulte audeat dicere: ꝙ hi q
ſunt ſpūaliter infirmi nō debēt accedere
ad eū qui languores mondanos tullit ⁊
īfirmitates ipſe portauit? Ecce mulier i-
mūda acceſſit retro tangenſqꝫ eū ſana-
ta eſt. Peccatrix dū oſculatur eius pe-
des eſt mūdata. Chananea dum ſequit̄
nec deſiſtit: exaudita ē. Leproſi acceden
tes curati ſūt: paralitici ⁊ cūcta nature mō
ſtra dū credunt ⁊ accedunt ſalutē conſe
quūtur. Nā virtus de illo exibat ⁊ ſana
bat omnes. Sꝫ ⁊ publicani ⁊ pctōres dū
appropinquāt ad ieſuꝫ veniam merēt̄.
gnimo conuiuiū atqꝫ hoſpitiuꝫ eorum
non ſpernit: qui non venit vocare iuſtos
ſꝫ pctōres in hunc mūdum. Unde nō in
cōuenienter dici poteſt: ꝙ ſicut aduētus
eius in carne fuit in ſaluationē peccato-
ruꝫ: ſic ⁊ hec ſalutaris hoſtia ſit fidelibꝰ
collata in remedium peccatorū. Nam ⁊
dei ſapiētia in vltima cena in inſtitutiōe
huius ſalutiferi ſacramenti ſit dicebatꝰ.
Hoc eſt corpꝰ meū quod pro vobis tra-
detur: ⁊ hic eſt calix q pro vobis effūdet̄
in remiſſionē peccatorum. Quapropter
cum feceris quod in te eſt: accede ſecu-
re abſqꝫ trepidatione ⁊ fide ⁊ charitate
nihil heſitās de ipſius pietate. Diſcipꝰ.

O verbum glorioſum ⁊ amabile vt ⁊
ego miſer peccator proprie cōſcius pra-
uitatis audeā accedere ad dominū ma-
ieſtatis. Sꝫ nunc quoqꝫ obſecro vt di-
cas mihi vtrum melius ſit accedere fre
quenter vel rarius ad hoc celeſte ſacra-
mentum. Sapientia. Super hac re
cōmunem ⁊ notam egregij doctoris au
guſtini accipe ſententiam: qui vtrunqꝫ
pro loco ⁊ tempore dixit eſſe commenda-
bile: vt ⁊ pro reuerentia interdum abſti-
neatur ⁊ ex deuotione nihilominus ac-
cedatur. Quibus vero ex frequēti acceſ-
ſu reuerentia ſacramenti pariter ⁊ deuo
tio accreſcit: his frequentatio vtilis erit

Diſcipulus. Sꝫ quid de his q qua-
ſi ſemper in eodem videntur permanēt̄
affectionis confinio nō percipiētes ſe ex
hoc multum proficere ſꝫ neqꝫ deficere
notabiliter: adhuc quoqꝫ frequēter ſen-
tiunt ſe duritia quadaꝫ oppreſſos: ita vt
eis celum deſuper ereum ⁊ terra videa-
tur eē ferrea ex ariditate ſpūali ⁊ cordis
duritia: ⁊ lꝫ ſolituꝫ numerū expleāt pſal
morum ⁊ orationum: ⁊ ſe per cōfeſſiōis
lauacrum expurgent: corde tamen duro
⁊ affectu remanēt frigido: nec gratie ſpi
ritualis fructum aliquem percipiūt? Sꝫ
⁊ iſtud ſubinferam quod ſatis quidē fle-
bile ⁊ afflictiuum eſt bonarum mentiū
que crebrius de hoc conqueruntur: ꝙ vꝫ
interdū in eius perceptione gratia notabi
lius more ſolito ſe ſubtrahere videatur:
ita vt quodam modo ſequentem ſe ſper
nere ⁊ clamanteꝫ poſt ſe fugere putet̄:
Hoc mihi prorſus ſatis videtur mirabl'e
pariter ⁊ lamētabl'e. Sapia. Mul
tis ex cauſis atqꝫ modis duritia talis a-
nimam deuotam affligere conſueuit vt
expertorum extat ſententia. Quibꝰ om
nibus pretermiſſis hoc ſolum teneas vt
quandocunqꝫ per diligentem inquiſitio
nem te eidem cauſam non dediſſe inue
neris ſꝫ quod tuū erat feciſti: ſi ſup hoc
mentis duritia pmiſſiōe diuina emerſe-
rit qui electos ſuos mille modis tribula
re conſueuit non te res hec frangat: nec
te notabiliter huius rei cauſa a ſalutari
hoc ſacramento ſubtrahas: ſciens ꝙ di
uina pietas ſalutem anime ſepius ſecre
tiſſime ⁊ fideliſſime operatur cum ſolo
fidei ſubſidio anima innititur: nec aliqua
dulcedine ſpirituali fulcitur non minus
ꝙ̄ ſi cum proſperitate ſpūaliū chariſma
tum afflueret nec tamen in his ſe pro-
ut oporteret caute teneret. Et ideo iter
dum tales vtilius ſubtrahuntur vt ſub-
tracte auidius repetantur ⁊ recepte cau
tius conſeruentur: ⁊ vt ſic anima dilecta
in humilitatis ſchola exercetur. Porro
vnuꝫ eſt ꝙ valde notabile eſt quod ⁊ de
bes attendere diligenter. ſ. ꝙ hic pmi ſ-

ſius ſpũalis ſapoꝛ ac internus quidaꝫ gu
ſtus nõ eſt fidei debitus effectus:neqꝫ ē
pꝛeſentis tẽpoꝛis ſꝫ eſt eterne beatitudi
nis:⁊ cum datur in ſacramẽto vel extra
grãs age:cum non datur gratias age ⁊
patienter ſuſtine:ſciens ꝙ nõ eſt in po-
teſtate tua ſꝫ ſummi ⁊ benigniſſimi lar
gitoꝛis q non pꝛout vis ⁊ quãdo vis: ſed
quãdo ſibi placuerit dabit ꝓut iudica-
uerit eſſe ad ſuam laudẽ ⁊ tuam vtilita
tem. Notandũ quoqꝫ ꝙ ſũmum illud
bonum ē tam copioſum ⁊ infinitũ:vt q̃n-
to magis participatur:tanto participans
quodãmodo capatioꝛ ipſius efficiatur.
Vñ ⁊ in hoc ſacramento ſepiꝰ contingit
ꝙ quãto ex timoꝛe inoꝛdinato ſe quiuis
notabiliꝰ ſubtraxerit:tãto de die in dieꝫ
differẽdo maioꝛem indiſpoſitionē incur
rit. Melius eſt ceteris paribus accedere
ex amoꝛe q̃ȝ abſtinere ex timoꝛe. Meliꝰ
eſt ſingulis hebdomadibꝰ, vel etiaꝫ die
bus accedere cũ vera humilitate ⁊ iper-
fectionis ꝓpꝛie recognitione:q̃ȝ ſemel in
anno ex pꝛopꝛie iuſtitie pꝛeſumptione.

Diſcipulus. Dic queſo que ſit hoꝛa
quã pꝛincipaliſſime dꝫ accedens atten-
dere:⁊ ſe totuꝫ recolligere atqꝫ ad eius
grãm pꝛeparare. Sapia. Ipm nũc il
lius ſciſſime ſuſceptiõis ac ſpũalis maſti
cationis:q: tunc celuꝫ quodãmodo ape
ritur ⁊ filius dilectꝰ anime diſpoſite coꝛ
poꝛaliter ⁊ ſpiritualiter mittitur ⁊ vnit:
ꝑꝑ qd ⁊ miſſa a miſſiõe paterna appella
tur. Diſcipulus. Quid de his qui ma-
ximo cũ deſiderio te in ſacramẽto recipē
ↄcupiſcũt:⁊ tñ hoc qd deſiderant hēre
non pñt. Vident añ ſe huiꝰ ſacri miſtꝫ
ſtantē ⁊ te ſumẽteꝫ reſpitiunt: ⁊ pꝛe de-
ſiderio coꝛdis bꝛachia ad te extendunt:
os aĩe aperiũt te recipere cupiẽtes:nec
eſt qui exaudiat qui te poꝛrigat ⁊ aĩam
eſuriẽtē ipleat tua pñtia deſiderata. Tu
ſcis ꝙ videre ⁊ nõ guſtare eſt multũ af-
flictiuũ amãti aĩe. Sapia. Sũt qui
me in hac menſa ſacr̃aliter recipiũt ⁊ tñ
ieiuni recedũt. Et ſunt q hac mẽſa frau
dant:⁊ tñ de plenitudine eiꝰ copioſiſſi-
me inebꝛiant. Nã illi quidẽ ſolũ ſacr̃m
iſti autē ſacramentũ ⁊ eius virtutē reci-
piunt. Diſcipulus. Adhuc duo mi-
hi in hac materia dubia reſtant:vꝫ vtꝝ
hic aliqd plus hēat qui te coꝛpoꝛaliter ⁊
ſpũaliter mãducat:vel hic qui ſolũ ſpiri
tualiter .i. q̃ȝtu ad effectũ ſacramenti.
Et rõ dubij eſt:q: noſti eum qui dicit.
Crede ⁊ manducaſti. Itē q̃ȝdiu remane
at iſtud ſacramentuꝫ reuerendũ poſt q̃ȝ
fuerit ab homine ſuſceptũ. Sapiẽtia.
Re vera:amplioꝛem materiam deuo-
tionis ⁊ gratie habet hic qui vtrũqꝫ ſuſ
cipit q̃ȝ qui alterũ tantuꝫ:quia ſimul ha
bet donatoꝛem cũ dono:cauſam cuꝫ ef
fectu. De ſecũdo ſatis habes manifeſte
patrum ſententias:q: vꝫ coꝛpus domi-
nicum tandiu manet q̃ȝdiu manent ſpe-
cies ſacramẽtales. Diſcipulus. Aue
ſanctiſſimum coꝛpus dominicuꝫ in hoc
ſacramento contentuꝫ. Te confiteoꝛ la
bijs te toto coꝛde diligo ⁊ totis viſceribꝰ
concupiſco. Dignare queſo hodie infir-
mam aĩaꝫ te ſalutareꝫ victimã ⁊ fonteꝫ
oĩuꝫ grãꝝ recipe cupiẽtē tã clemẽter ⁊
gr̃oſe inuiſere:vt medelã in coꝛꝑe ⁊ in a-
nima tua experiẽtia gaudeã iueniſſe. Ne
reſpitias dñe ad iniqtates ⁊ negligẽtias
meas plurias ſꝫ ad miſatiões tuas infi-
nitas. Tu nãqꝫ es per quē oꝛbis terre ē
creatꝰ ⁊ ſanatꝰ:ꝑ quē oẽs herbe ⁊ cũcte
res v̄tuoſe ſuas ſoꝛtiũt v̄tutes. Tu es
agnꝰ ille imaculatꝰ qui hodie ꝓ totius
mũdi redẽptiõe pr̃i eterno victimãis. O
mãna dlciſſimũ:o nectar ſuauiſſimũ cõ
fer oĩ mõ tue ſalutãis pñtie mellifluum
guſtũ. Accẽde i me charitatē tuã:extingue
vitia:infunde virtutes:gratias adauge:
ſalutem mentis ⁊ coꝛpoꝛis tribue. Incli-
na queſo celos tuos ⁊ deſcende ad me:
vt tibi cõiũctus ⁊ vnitꝰ tecũ pariter vnꝰ
efficiar ſpũs. O venerabile ſacramentũ
ꝑ te queſo omnes inimici mei repellãt
pcã dimittãtur ⁊ oĩa mala ꝑ tuã pꝛeſen
tiã excludantur:pꝛopoſituꝫ bonũ tribu

moꝛes coꝛrige: ⁊ omnes actus meos in tua voluntate diſpone. Intellect⁹ per te ieſu dulciſſime hic nouo lumine illuſtretur: affectus inflāmetur: ſpūs roboꝛetur: ⁊ vita mea emēdata ſemꝑ ꝓficiat i melius: ⁊ tādem conferaꝛ exitus btūs. Am̄

Quō eterna ſapia ſit ex toto coꝛde ⁊ ex tota aia iugiꝛ oi tpe laudāda. c.v.

o Baudite me diuini fruct⁹ aquarum: ⁊ quaſi roſe plantate ſuper riuos aquaruꝫ fructificate. Quaſi libanus odoꝛē ſuauitatis habete. Floꝛete floꝛes quaſi liliū: date odoꝛē ⁊ frondete i grāꝝ actiōe: ⁊ collaudate cāticū ⁊ bn̄dicite dn̄m. i opib⁹ ſuis. Date nomini eius magnificentiam: ⁊ confitemini illi in voce labioꝝ veſtroꝝ: in canticis labioꝝ ⁊ citharis: ⁊ ſic dicetis in confeſſione. Opera dn̄i vniuerſa bona valde. Benedicētes dn̄m exaltate illū q̄tum poteſtis. Maioꝛ eſt oi laude. Diſcipulus.

O dilecte mi: quis mihi det vt coꝛ lāguidum in tuo amoꝛe ⁊ deſiderio laudādi te ſitibūdum conceptum laudis hui⁹ feruoꝛem añ moꝛteꝫ viciñā ad effectuꝫ perducere valeat: ⁊ vt ignis ille in interioꝛibus eſtuās foꝛas erūpat ⁊ latitudineꝫ totius oꝛbis pertrāſeundo vniuerſa coꝛda in laude tua ſurſuꝫ erigat ⁊ in tuo amoꝛe vehemēter accendat? O vtinā cuncta ſuauia iſtrumēta muſicalia celeſtes quoqꝫ armonie ac terreſtres melodie de cōde meo ſurſuꝫ pꝛocederent ⁊ cōdignas laudes tā dulciter perſonarēt: vt oculis diuine maieſtatis tue grate fierent ac totam celeſtē curiam nouo quodā ⁊ ineffabili gaudio letificarent. Sꝫ quid dicā? Me metipſꝫ domine tua laude indignū eſſe cognoſco. Quā ob reꝫ pꝛecoꝛ: vt ſaltem cetere creature nobilitate pꝛeclāre in perfectū meum dignentur ſupplere. Igitur opto ⁊ ex toto coꝛde deſidero vt oꝛbes planetaꝝ ac celum ſydereū limpidiſſimo lumine radioꝛuꝫ floꝛifera quoqꝫ germina vernali decoꝛe conſpicua pulchꝛiſqꝫ coloꝛibus adoꝛnata: necnō ⁊ oia ⁊ ignita charitatis deſideria de coꝛdibus te vehementiſſimo amoꝛe diligentiū ꝓcedentia: te laudēt ⁊ bn̄dicant in ſecula. Ad laudis tue ſolā memoꝛiā dn̄e mi coꝛ meum liqueſcit. ſenſus ſtupet: miraꝛ rō: verba deficiunt: in memetipm ꝯuerſus altius ſuſpiro. Nam quoddam ineffabile deſideriū quod omnē nature ſupergreditur facultatē te ſūmū bonū laudandi ⁊ in me inuenio: qd tam infoꝛme relinqui ſua ex ipoſſibilitate deploꝛo. Nā ſi te intelligentijs ſeu ſpūalib⁹ creaturis comparare voluero: in iſinituꝫ te ſupergredi cunctas creaturas certiſſime inuenio. Si bona ac dulcia ſpecioſa vel grōſa conſidero te ſup hec omnia ieffabiliter grōſum eē immo q plus ē hec omnia ſpūalr ⁊ eēntialiter te eſſe veriſſime cognoſco: Unū ē quod dicere volo: q ex eiuſmodi occurſione in me actitari ſentio. Cum interdum pulchꝛe ſpēs ⁊ ad videndū delectabiles habileſqꝫ ad amandum oculis mentis vel etiā coꝛpoꝛis nōnūq̄ vltro ſe offerūt: ſubito hec verba coꝛdi meo clara voce ſꝫ mētali ſubiūgunt. Eia reſpice ⁊ aiaduerte q̄ foꝛmoſus eſt ille qui me foꝛmoſam creauit. Quis ille inquā? Certe pulcherrim⁹ ipe: Deniqꝫ meditatiōe curioſa celū perambulo circueo terram polum articum intueoꝛ: perſcrutoꝛ maris abyſſum: mūdum hūc cum ſuis oblectationibus conſidero: nemoꝛa folioꝛuꝫ ariditate cōſpicua admiroꝛ: prata virentia ac floꝛibus multicoloꝛibus peroꝛnata completoꝛ: trāſeo campos: montes aſcendo: trāſilio colles: valles percurro: ⁊ cuꝫ oia conſidero ⁊ ſingula ītueoꝛ. velut dulci quadam armonia hec omnia concētu parili coꝛ meū accendunt in laudem creatoꝛis. Cum autē ſpeculatiōe quieta diligenter conſidero q̄ pulcherrime ⁊ optime o tu diuina ſapiētia cuncta creata bona pariter ⁊ mala. iuſta ⁊ iniuſta oꝛdinas. ita vt i tuo vniuerſo nihil ioꝛdinatū relinquas: qui facturā tuam in ſua opeꝛatione taliter diſponis vt eius ex ſagaci

tate opus vere cenſeatur quodã modo
opus intelligentie: qui certis legibus cun
cta vallaſti ⁊ terminos ſingulis ipoſuiſti
qui cum magna reuerentia diſpõis nos
vehementer exultare icipio ⁊ voce gratu
labũda prorũper cogor i hec vba. Ope
ra domini vniuerſa bona valde. Porro
cum hec omnia ſupergredi icipio ⁊ te ſũ
mum bonũ increatã ⁊ eternã ſapiaz pre
cũctis electã cordis mei vnicã eſſe ſpõſã
⁊ amicã recogito: pre ſtupore ⁊ extaſi vl
tra ſpũm nõ habeo: ſed totus i me defici
ens i te vehemẽter exulto. Eia ergo dñe
mi reſpice nũc pcipuũ cordiſ mei affectũ
⁊ doce me laudare te ⁊ glorificar nomẽ
tuũ glorioſuz: q: hoc ẽ qð pre cũctis mũ
di huius gaudijs appeto ⁊ regro. Sa
pientia. Nunquid ne amoroſus ſapiẽ
tie diſcipulus laudare cupit ſuã amicam
eternã ſapientiã. Diſcipulus. O de⁹
eterne vt qd affligis gratis aium te dili
gẽtis? quid q̃ris de cognitis? vt qd per
trahis aium anguſtiãtis? dñe tu oia no
ſti: tu ſcis q: h ex itimo corde a pueritia
mea ſemper deſideraui: ⁊ votis oibus ex
quiſiui. Sapientia. An ignoras di
ctum pphetic: quoniã v3 rectos decet
collaudatio: ⁊ quia non eſt ſpecioſa laus
in ore peccatoris? Diſcipulus. Utiq3
dñe. Et iõ vbe mibi q: qd dicã nõ hẽo.
Aut qd reſpõdebit mihi: cum ipe feceriz
Si iuſtificare me voluero: os meũ cõdẽ
nabit me. Sed nunqd iõ te nõ laudabo:
quia in mundum me eſſe cognoſco? Nõ
ne ⁊ vermes ⁊ rane imũde ex putredine
generate coaxitantes i paludibus te ſuũ
creatorẽ laudare cupiũt prout ſciũt ⁊ põt
Nã ⁊ ſi velut laudula ⁊ philomena dul
citer cantare neſciunt ſed neq3 velut hõ
rationalis te cognoſcere põt: ſaltem h fa
ciunt q te cognoſcentibus materiã tri
buunt tue laudis. O pater miſericordiaz
ſcio ⁊ vere cognoſco q me miſerum pec
catorem magis deceret corã te iacere p
ſtratũ ⁊ cum fletu ⁊ gemitu pctõrũ veni
am flagitare: q̃ te ore polluto laudare.

Sed tamẽ de tua piiſſima bonitate ac i
finita dulcedine oibuſq3 mortalibus pro
mulgata virtute cõfiſus te laudare cupio
ex itimis pcordijs obſecrãs viſcera miſe
rationũ tuarũ: vt me vermez imundum:
canem mortuum: cadauer putridũ non
deſpicias domine deus meus. Nempe
virtutes celorum te condigne laudare ne
quũt: q̃to min⁹ homo fragilis: putredo
⁊ vermis? Bonorum quidem meorum
non indiges: ſed tuam ſuperexcellentem
bonitatem tanto magis nobis manifeſtã
facis: q̃to infirmitatibus noſtris magis
miſerando condeſcendis ⁊ gratiam gra
tis ex ſola liberalitate largiris. Sapiẽ
tia. Umbram nititur apprehendere ⁊
ſequitur ventum qui ſe ex condigno lau
dare me extimat: impoſſibilia attentat q
me ad plenum laudare laborat. Nec ta
men ideo a laude ceſſandum eſt ſed tibi
pariterq3 omnibus creaturis laudare cõ
uenit ſuum creatorem: quia nulla crea
tura eſt que opificẽ ſuum non laudet vl
ſaltem laudabilem reddat. Penſandũ
quoq3 eſt q in auribus diuine maieſta
tis dulci⁹ ſonat meditatio ſancta: q̃ ver
ba ſonora ſiñ ſẽſu plato: ⁊ gemit⁹ cordiſ
q̃ clamor totius oris ⁊ humilitas ſince
ra q̃ vox fracta. Et vt melius quod dixi
viuo intelligas ſub exemplo: attende in
me ⁊ vide q licet tota vita mea in ter
ra fuerit ad gloriam ſummi patris: excel
lentius tñ quodãmodo in me clarificat⁹
fuit: cum ipſum in cruce confitendo ⁊ ge
nus humanum redimendo dolores mor
tis ex obedientia ſuſtinui. Sunt nonnul
li qui verbis declamatorijs me laudãt ⁊
factis diſplicibilibus me irritant: labijs
me honorant: cor autem eorum longe ẽ
a me. Et ſunt nonnulli qui in proſperis
ſucceſſibus dominum laudant: in aduer
ſis ãt euẽtibus ipatiẽtiã exaggerãt: quo
rum laus deo grata nõ ẽ. Gratiſſima ãt
apud deũ ⁊ acceptabilis laus ẽ eo⁊ q in
aduerſis ſicut i pſperis ex toto corde ſuo
oi tpe deũ cõfitetur: ⁊ multipliciter fla

gellati ꝛ afflicti. grãs agũt. Diſcipul⁹.
Loquat̃ q̃ſo ſuus tu⁹ ad coꝛ dñi ſui ver-
bũ. Uere fateoꝛ me i p̃dictis hucuſqꝫ mi
nus hũiſſe: magiſqꝫ cõfeſſiõez laudiſ tue
i ꝓſperis q̃ꝫ i aduerſis extuliſſe. Sꝫ nunc
me totũ i holocauſtũ volũtati tue offe-
ro aium hñs ꝓmptũ ad h̃ vt ſi quis ma
la ſeu aduerſa euenirẽt: te ex h̃ ñ minus
vellẽ laudare. qn poti⁹ i oib⁹ grãs agere
atqꝫ vniuerſa h̃ pp te patiẽter ſuſtinere.
Itẽ ſi ꝓ gloꝛia tua eẽt magis moꝛs mea
q̃ꝫ vita: vtiqꝫ vitã iuuẽtuti adhuc grataꝫ
moꝛti libẽter vellẽ exponere: ꝛ reliquos
ãnos qbus viuere poterã ſi moꝛte p̃ueẽ
tus ñ fuiſſeꝫ totaliter dño meo cupereꝫ
offerre. Optarẽ nãqꝫ ex itimis p̃coꝛdijs
meis vt ſi iuuẽtus celeri⁹ cõſumata ãno-
ſitatẽ matuſalẽ coequaſſet: ꝙ vnuſqſqꝫ
ãnus tã lõgeui tpis p̃dci ꝛ vnuſqſqꝫ mẽ
ſis ãnoꝝ eoꝛũdẽ ꝛ vnaqꝫqꝫ hebdomada
hoꝛũ mẽſiũ ꝛ qlibꝫ dies hebdomadarũ
ꝛ quelibet hoꝛa dierũ illoꝛuꝫ ac qðlibet
minutum hoꝛaꝝ p̃dci tpis te ex perſona
mea collaudarẽt tã deuote ꝛ affectuoſe
q̃ꝫtũ vnq̃ꝫ aliqs de nũero btõꝝ ſpũum in
ſplẽdoꝛib⁹ ſctõꝝ te laudare i tãta durati-
one potuiſſet ac ſi h̃ oia i pſona ꝓpꝛia cõ
pleuiſſẽ ꝛ ꝙ hui⁹ laudis freq̃ns inodatio
ſua ifinitate oẽs excedẽt ſpẽs nũeroꝛuꝫ.
Adhuc quoqꝫ ſi ꝙ abſit volũtatiſ tue be
neplacitũ ꝛ laudis iconomũ i h̃ cõſiſtẽt
ꝙ aia a coꝛpe eruta ignẽ purgatoꝛij aut
certe iferni ſuppliciũ i penã ſuoꝛũ crimi-
nũ recipe debẽt: nihil de laude dñi mei
vellẽ diminuere ſꝫ ꝓmpto aio vellẽ ſi tñ
poſſẽ ſupplẽ oẽſ negligẽtiaſ hoiuꝫ ꝛ oẽꝫ
irreuerentiaꝫ a ſeculo tibi exhibitã emẽ
dare. Sed ꝛ ſuppoſito ꝑ ipoſſibile ꝙ in
iferno vbi tue laudis nulla ẽ cõfeſſio aia
mea hoc modo. vꝫ ex charitate te lauda
re cupiẽs iã eẽt poſita: vtiqꝫ de pꝛofũdiſ-
ſimis infernoꝛũ tenebꝛis in vocẽ tue lau-
dis tã efficaciter vellẽ erũpere vt vox alti
ſona totũ iſernoꝝ terminũ ac machinaꝫ

medialẽ aeris quoqꝫ ac celoꝛũ altitudinẽ
penetraret: ac ꝑueniret vſqꝫ ad ſoliũ glo
rie tue in excelſum. Quid plura? Fac de
me hic ꝙ tibi placuerit: q꞉ q̃ꝫdiu ẽ halit⁹
i naribus meis a tue laudis p̃conio non
ceſſabo. Sed ꝛ cũ virtus loquẽdi moꝛtis
hoꝛa defecerit ꝛ meuꝫ ieſũ p̃ debilitate
amplius ꝓferre ñ valebo: peto ſaltem vt
nutus oculoꝛũ vel extẽſio digitoꝛũ ſit in-
nouatio ꝛ cõfirmatio oium deſiderabili
um affectuũ ꝛ verboꝛũ ac operũ p̃terito
rum ꝛ futuroꝛũ q̃ vſqꝫ ad extremã iudi-
cij diẽ tibi cuꝫ deuoto famulatu offerre
vellẽ ſi tandiu viuere poſſeꝫ. Inſuper di
lecte mi adijcio vt qñ coꝛpus meũ fuerit
i pulueres minutiſſimos redactuꝫ ꝛ lapi
de clauſum ꝙ de qualibet pulueris par
ticula minutiſſima vox amena laudis et
gloꝛie tue exurgat que duriſſimum lapi
dem penetrãs celoꝛũ altitudinem aſcen
dat vſqꝫ ad extremã iudicij diẽ viue lau-
dis p̃coniũ extollat donec i reſurrectiõe
beata coꝛpuſ ꝛ aia pariter vnita i tue lau
dis gloꝛificatione eternaliter copulentur
Sane q̃ꝫdiu ſum i hoc coꝛpoꝛis ergaſtu-
lo peto iſoꝛmari qualiter ad hec perue-
niam: vt ex toto coꝛde ꝛ ex tota aia ꝛ ex
oibus viribus meis oi tpe quadã iceſſa-
bili iugitate te valeã laudare. Iſtius nã-
qꝫ rei pꝛe maximo deſiderio itra me coꝛ
de feruido dicebam. O p̃mi mobilis mo
tus velociſſimus quid feſtinas? Cur taꝫ
velociter pertranſis? Quamobꝛẽ ſic pꝛo
peras? Obſecro te qð ẽ ipoſſibile fac poſ
ſibile. Sta pauliſper: moꝛoſius age: ſol ꝯ
occaſum non moueatur: nec in hoc pun
cto ꝛ in pꝛeſenti ictu oculi huius hoꝛule
deum meum dilectum meũ: vnicum coꝛ
dis mei gaudium centies milies collau-
dem ꝛ gloꝛificem ex intimis viſcerib⁹ pꝛe
coꝛdioꝛum meoꝛum. Hoc quoqꝫ ſepius
mihi fateoꝛ accidiſſe cum me ꝓ tempo-
re animus ad diuerſa abſtraxiſſet: ad me
reuerſus ꝛ in me conuerſus ſubito aiebã

O diſecte mi mille ãnorum ꝑtranſierũt
ſpatia ex quo te dilectum non habui i ac
tuali memoria. Eia ergo ꝑcordialis amor
aperi theſaurum tuũ mihi: ⁊ doce queſo
q̃diu viuo ⁊ ſubſiſto: qualiter te iugiter
abſq; vllius interruptionis impedimento
q̃tum poſſibile eſt valeam laudare.

Sapientia. Quicũq; in omnibus
actibus ſuis deum̃ intendit ⁊ ſibi a pec-
catis cauet ⁊ exercitia virtutum non de-
ſerit: deum iugiter laudare non deſinit
Uerum vt ſyncere intentioni tue ſatiſfa
ciam: noſce debes ſm patrum notas ti-
bi ſententias: ꝙ cum mens hũana a ter-
renis vitijs expurgata cunctiſq; emunda
ta fecibus paſſionibus fuerit ⁊ q̃tum hu
mane fragilitati conceditur ad imobilez
tranquillitatem mentis ac perfectam pu
ritatem peruenerit: hic ad indiruptã lau
dis mee perſeuerantiam que finis ⁊ con
ſumatio totius perfectiõis hominis ſpũa
lis eẽ dignoſcitur ꝑueniet. Cumq; mens
tali fuerit tranquillitate fundata vel ab
omnium carnalium paſſionum nexibus
abſoluta ⁊ illi vno ſummoq; bono tena
ciſſima adheſerit mentis intentione: ſi-
ne intermiſſione deuz laudabit. Hac .n.
puritate ſi dici poteſt ſenſu mentis ab-
ſorto ac de terreno ſitu ad ſpiritualez at
q; angelicam ſimilitudinem reformato:
quicquid in ſe receperit: quicquid tracta
uerit: quicquid egerit: puriſſima ac ſince-
riſſima laus dei ⁊ oratio erit. Diſcipu-
lus. Nunc quoq; supereſt o amantiſ
ſima ſapientia vt poſt hec verba tua dul
ciſſima de promtuario diuine ſapientie
allata: de quibuſdam dubijs me iſorma
re digneris. Et primum eſt vbi maximũ
incentiuum ⁊ precipuam materiam tue
laudis valeam inuenire. Sapientia.

In contemplatione illius ſumme ac
diuiniſſime ac ſuperexcellentiſſime ma-
ieſtatis in qua ſicut in ſuo fontali princi-
pio omnia bona ſimpliciſſime ⁊ vnifor-
miter ab eterno continentur: deinde in
riuulis bonorum particulariũ ab iſto ſũ-
mo bono profluentium que diuerſimo-
de a creaturis participantur ſed plus et
minus prout ea cauſa cauſarum digna
tur ſingulis cõmunicare. Diſcipulus.

Ad contemplationem iſtius altitudi-
nis diuine maieſtatis egrotus nequaq̃
aſſurgere valeo ſed hoc cedris libani ſci
licet fortioribus relinquo: ſed cuz carduo
locum mihi proportionatum in vno re-
quiro. Uerumtamen a laude tua ea ꝓ-
pter non tacebo. ſi quomodo fortaſſis ex
impotentia mea ſaltem potentibus occa
ſionem videar miniſtraſſe. Sic nimirum
videmus ꝙ plerumq; inter dulciſſimas
nemoris auiculas ⁊ terminantes philo-
menas curui corui crocitantes adſunt i
hoc codez modico quod acceperũt crea
tori ſuo ſubſeruientes. Sic ⁊ ego quoq;
peccator cum ſim cantum adhuc ha-
beo peccatorum: ⁊ prout poſſum domi-
num meum per ipſum laudo ⁊ glorifico
in eternum. Si quidem de eo aliud dul-
cius canere neſcio niſi hoc videlicet qm̃
ſuauis dominus vniuerſis ⁊ ꝙ miſeri-
cordia eius ſuper omnia opera eius. O
deus meus miſericordia mea. In hoc le
tatur anima exhilaratur conſcientia: et
gaudio immenſo irrigãtur omnia oſſa
mea. Hoc ſume cãticum aĩa mea vſq; i
ſclz iter ſpũale genꝰ auiũ cũ leto dl'ciq;
canit carmine. Quotieſcũq; eni mente
reuolue qualis aliquãdo fui qualia diſ-
crimina euaſi ⁊ a q̃tis periculis me pro-
texiſti ⁊ a quibus malis me eripuiſti vin
cula mea ⁊ laqueos periculoſos contri-
uiſti ⁊ vulnera putrida ſanaſti ⁊ me dul
citer ac paterne liberaſti: cũ hec inq̃ ⁊ ſi
milia bona mihi a te exhibita pertracto
mirum eſt ꝙ in horum oĩum affectuo-
ſa recordatione me ipm̃ pre amore poſ-

ſim poꝛtare: ardētiſſimis ſiquidē ignib⁹ i
cādeſco. O deus meus q̄ diu petōꝛem ti-
bi recalcitrantē patienter expectaſti: quo
tiens ⁊ q̄ paterne nunc quidem dulciter
nunc vero dure me admonuiſti: neſcien
tem in benedictionibus dulcedinis preue
niſti: filio pꝛodigo ⁊ peccatis pꝛegrauato
ac gratijs nudato in occurſum veniens
paterne accurriſti: ab intrāte viaſ, pꝛauas
miſeritoꝛdem faciem non auertiſti: ſꝫ ſp
⁊ vbiqꝫ pi⁹ ⁊ miſericoꝛs fuiſti. Et q̄ his
oibus maius eſt: q̄ in oib⁹ his bonis tā
multiplicibus ingratus ſemper extiti: nec
tu ſūma bonitas pp hoc diſtuliſti donec
tādeꝫ me poſt te dulciter traxiſti. Ah ſū
ma ⁊ ineffabilis pietas: nūqd in his om-
nibus meipm a laude tua cōtinere pote
ro? Nequaq̄. De⁹ me⁹ miſicoꝛdia mea
pꝛo his omnib⁹ ⁊ alijs innūeris bñficijs
tuis opto ⁊ deſidero: vt talis nāqꝫ iocū-
da laudatio tibi ſit ex me qualis fuit btō
rum ſpūum laus: tūc cuꝫ in pꝛimo aſpe-
ctu tue digniſſime maieſtatis gaudebāt
ſe eternaliter i tua laude ꝯfirmatos: ma
los vero a ſe ſine fine detruſos: itēqꝫ tā
magna tāqꝫ iocūda ſit illi laudatio q̄ta
ē aiarū ſcāꝝ cū a carcē purgatoꝛij erep
te vultui glie tuo p⁹ pñtāt̄ vt tuā iocun
dā faciē intueāt̄: ⁊ q̄ta erit laus in plate
is hirl'm p⁹ ſilēm oiuꝫ reſurrectionē qñ
electi a malis ſegregati deū iocūdo coꝛ-
de laudabūt ac de ſua ſaluatiōe eterna-
liter gliabūt̄. O dulcis ⁊ pie magr̄ nūc
quoqꝫ vellē a te ſcire q̄lr affectiōes iter-
dum i me exurgētes de qb⁹ dubito vtrū
nāles ſint aut gratuite in laudē tuā poſ-
ſim ꝯuertē: itēqꝫ q̄lr nōſolū bona ſꝫ etiā
mala: vt vꝫ immiſſiōes malignas p ange
los malos fcās atqꝫ vlr oia viſa ⁊ audi-
ta ⁊ ſenſiblr pcepta i laudē poſſiꝫ vertē
mei creatoꝛis. Sap. Ad h̄ tria p oꝛ
dinē talia tibi dam⁹ rñſa: ⁊ p⁹ dicim⁹ q̄
hoꝝ affectuū pdcōꝝ difficulter hēri pōt
diſti° pp eoꝝ mariam ſītitudineꝫ. Et iō
oēs tales affectiōes puras qdē ⁊ ſynce-
ras vt ē gaudiū ⁊ exulta° te ad hilarita-
tem q̄dā pꝛuocātes: vel ēt vt iterdū fie-
ri ſolet ad dulces lachꝛymas vel ſiles af
fectiōes de qb⁹ neſcis vñ veniāt aut quo
vadāt incitātes: has oēs pigues ⁊ irrigu
as affectiōes ſtatim vt debes deuota q̄-
daꝫ exhibitiōe ſurſuꝫ ad reꝫ oium crea-
toꝛeꝫ erigē admōꝫ acceptabilis ſacrificij
qd abel deo obtulit: vt ei⁹ in laude expē
dant̄: q ⁊ actoꝛeꝫ nāe ⁊ grē largitoꝛ. Et
ſic qdē grē tales que vt ſic ſūt nāles nec
meritoꝛie: ex fine ſuo quodāmō pñt fieri
ſupnāles .i. meritoꝛie. Quotiēſcūqꝫ vero
ſenſeris malignoꝛū ſpūum blaſphemas
ſuggeſtiōes itroꝛſus incipe ſibilare: ſtatī
ſurge ⁊ dic. O de⁹ altiſſime vt in aīa mā
hui⁹ maligni ſpūs locū vel officium quo
te in ppetuis eternitatib⁹ laudare debu
erat ſi pſtitiſſeꝫ ſubꝛipe valeat opto ⁊ de
ſidero: vt quotiēſcūqꝫ hic malign⁹ ſpūs
has abominādas cogitatōes cōtra volū
tatem meā mēti immiſerit: totiēs ex voto
oium deſiderioꝛū meoꝛū ieffabilis laus
⁊ graꝝ actio inenarrabilis tibi ſit in per
petuas eternitates: ⁊ quotiēſcūqꝫ iſta ne
phanda ſuſurria immiſſa ſuſtineo: totiens
laudis ſacrificia gratiſſima tibi offerā cū
affectu. Sic igitur vt vides diligentibus
deū oia cooperātur in bonū: cuꝫ ēt talis
ſuggeſtio poſſit cedere in vtilitatē. Poꝛ
ro de vltimo qd q̄ſiſti: ſic faciēdū ē. Qñ
cūqꝫ videris vel pceperis quōcūqꝫ rerū
aliquarū pꝛeeminētiam ſingularē: puta
nemus frōdoſuꝫ: pratū floꝛibus grōſuꝫ:
cāpum honuſtum ſeminibus: arboꝛē reple
tam fructib⁹ ⁊ in oibus ceteris ſimilib⁹
ſurſuꝫ coꝛde eleuato ⁊ oculis ac manib⁹
in celuꝫ eleuatis dic ex intimis coꝛdis tui
affectib⁹. O grōſa ⁊ pulcherrima ſapiā
ſm ſpōſiſſimas ⁊ excellētes huius rei p̄-
rogatiuas ⁊ grās milia miliū celeſtium
agminū tibi miſtrantiū te ex me ſalutēt
⁊ decies milies cētena milia tibi aſſiſten
tium te gloꝛificēt: ⁊ vlis melodia omniū
creaturaꝝ te ex me collaudet nunc ⁊ i e-
ternū. Diſcipulus. De⁹ eterne ſi tā
iocūda ē laus vie: qualis erit laus pꝛie?

O ſi tantum delectat eius memoria: quid erit de preſentia? Sz proh dolor per hanc miraz tue laudis ⁊ ineffabilē dulcedinē o diuina ſapia cor meū pariter iocūdat: ⁊ tn̄ itrorſus quaſi dolore graui ſauciatur. Cū.n.in hac valle miſerie me eē cogito ⁊ a pfcā laude btoꝝ me adhuc tā longe diſtare pſpicio: iter vocē laudis erūpunt pariter ⁊ lachryme meroris. O qn̄ veniet dies illa deſiderata q̄ me liberabit de corpe mortis huꝰ. Quis.n.nō cupiat ⁊ deſideret vehemēter diſſolui ⁊ eſſe cum chriſto: ⁊ trāſire de ſtatu miſerie ⁊ de loco pugne in libertatē glie filioꝝ dei? Tēpus ē dn̄e: ſufficit mihi. tolle aiam meā. Neqꝫ.n.melior ſum q̄ pr̄es mei. Ecce q̄ p̄iculoſus huiꝰ mundi ſtatꝰ incipit eē: ecce quot mala incipiūt ex oī pte ſuccreſcere. Ve ve pturiētibꝰ ⁊ nutriētibus in iſtis diebꝰ. Felix qui bn̄ paratꝰ mortē expectat ppinquā. Sz ego feliciorē dixerim q iā de loco mortalitatis trāſijt ⁊ ad ethereū thalamuz feliciter puenit. Ego autē q neutruz hēo quō ꝯſolari potero? O deꝰ meus: qd debet interim in tot laboribus ⁊ anguſtijs prementibus reficere vel letificare animā meam? Sapiētia. Ecce habes vnde interim tibi aliqualiter cōſulere poſſis: videlicet hāc paginaz iocūde laudis diē quam frequenter replicando cōſolari poteris in aduerſis. Nāqꝫ leticia ſpiritualis ⁊ alacritas laudis diuine eſt quaſi quoddam preludium omnium gaudioruz: vbi ore pleno ⁊ corde iocūdo omnes ſancti ⁊ electi me laudabunt ⁊ glorificabunt in eternum. Hec laus diuina mentem in aduerſis reficit: animum ſurſum trahit: triſticiaz inordinatam depellit. Ipſa inimicos ſpirituales fugat: deum placat: angelos letificat: animas a purgatorio liberat: ⁊ toti celeſti curie gaudia noua ppinat. Diſcipulus. Conſurge conſurge nunc anima mea ⁊ loquere canticum: canticum vtiqꝫ laudis in voce exultationis. Cimbala ꝯcrepent: corda cōiubilent: tellus omnis reſultēt in laudez ſaluatoris. O amantiſſima ſapientia bonitas eterna te p̄cor vt omni mane diluculo cum ad te ſurrexero ⁊ oculos aperuero: ſimul quoqꝫ cor meum in laude tua aperiatur: ⁊ quodaz lucifero ſplendore ac flāmeo ardore laudis tue facula immenſa ex eo ſimul exurgat in ſe continens tui amoris intenſiſſimum gradum cordi humano vel inquātum deſurſum conceſſum: ſimilitudinez quoqꝫ ardoris in ſe gerens ſpiritus illiꝰ qui inter ſuppremi ordinis celeſtia agmina in te ⁊ de te ardentia maxime tuo calet in amore ad exemplar nihilominus filius ſuperſubſtantialis ⁊ ſupereſſentialis ac ineffabilis charitatis in qua tu o pater celeſtis feruentiſſime diligis tuum vnigenitū in ſpiritu ſācto. Et peto vt hec laus tam ſuauiter ac blande reſonet in corde tuo paterno: ſicut ſonare conſueuit ſuo modo omnium cytharedorum ac muſicalium inſtrumentorum ſuauis modulatio in corde iocundo ſtatu iuuentutis florido. Et in hac laudis facula ſimul aſcēdat tue laudis tam odorifera fumi virgula: tam gratioſa: ac ſi eſſet compoſita ex omnibus aromatibus myrrhe ⁊ thuris ⁊ vniuerſi pulueris pigmentarij: tam ſpecioſa ſicut cum vernali tēpore flores herbarum pullulant in campis pulchris coloribus ⁊ arbores ſtant frondibus ornatis gratis odoribus. Sicqꝫ laudis huius facula tam amoroſa ac deuotioſa: vt in eā oculi tui ferātur delectabiliter totaqꝫ celeſtis aula reſultet. Et hoc iugiter ſine intermiſſione feruidiſſimo eſtu ⁊ rapidiſſimo calore tui amoris ſurſum exurgat ex corde per deuotam meditationem: ex labijs per feruidam locutionem: ex omnibus operibꝰ per ſanctam ac celeſtem cōuerſationem. Et hec laudis facula ſua virtute omnes inimicos repellat: gratiā augeat: finem beatum obtineat ⁊ gloriā eterne beatitudinis acquirat: vt finis huius laudis temporalis ſit initium eterne laudis patrie celeſtis. Amen.

Informatio qualiter predicta ſint tra
bẽda ad ſermones ⁊ collatiões. Ca. vj.

Theſaurus deſiderabilis in ore ſa
pientis erit hec tua preclariſſima
doctrina o amantiſſima ſapiẽtia
ſi fuerit taliter ordinata vt nõ ſolum faci
lis ſit ad intelligendũ vel delectabilis ad
audiẽduȝ: ſȝ ⁊ generalis ꝓ cuiuſlibet ſta
tu ſe ad dilatandũ. Nam ⁊ hoc ipm eiꝰ
perfecta requirit integritas. Ad verũ qp
pe amorem tueq; laudis condignã fre
quentationẽ zelus pertinet aiaꝝ. Siqdẽ
fidelis ſeruus ⁊ prudens apoſtolici ordis
imitator exiſtẽs non ſolum ſibi ſed ⁊ ſa
luti animarum ⁊ proximoruȝ vtilitati in
tendere fraterne charitatis obligatione
tenetur. Et ideo poſt premiſſa huius ſa
pientie ſalutaris documenta: peto infor
mari qualiter ad proximorum vtilitateȝ
hanc eandem doctrinam faciliter cõuer
tere ⁊ copioſe valeam dilatare: inſuper
⁊ formulam artẽq; tribue diſcipulo ſim
plici compendioſam ⁊ vtilem hoc idem
faciendi in quacũq; alia ſimili materia
indiſtincta ⁊ informi: vt ſic de obſtruſis
fauorum cellulis mel producere ⁊ panẽ
paruulis frangere ac in turbas diſtribu
ere valeam fecũditate gratioſa. Sapi
entia. Pulchre ⁊ compendioſe huius
ꝙ a me petis eruditionem habere po
teris: ſi dictũ illud perutile quod quõdã
in ſcientijs humanitꝰ inuentis legiſti nõ
vellis proijcere ſed effectui curaueris ſtu
dioſe mãdare. Queris quid ſit hoc? Cer
te illud cuiuſdam famoſi qui ſic dixit.
Sapientis eſt ordinare. Quid huic me
lius? quid vtilius? quid nobilius? Nam ⁊
ea que a deo ſunt: ordiata ſunt. Qui .n.
ordinem retinet durabile erit. Ut ergo ſi
militer in hoc ſicut ⁊ in premiſſis omni
bus exemplo magis ꝙ̃ verbo te inſtruã
de queſito modus ⁊ ordo hic tibi mon
ſtratꝰ tibi erit vtiliter obſeruãdus. No
ta ergo circa premiſſa ꝙ quicũq; ſapien
ter atq; feruenter non ſolum ſeipſum ſȝ
⁊ proximum ex hac ſapientie doctria edi
ficare deſiderat: ſtudioſe perquirẽdo in
ueniet ſibi quod proficiat vtriq;. Quedã
nãq; materie taliter ſunt poſite vt de ſe
quodam modo ſint applicabiles ad eiuſ
modi. Si quis tamẽ aliqualẽ diligentiã
voluerit adhibere: ſicut ſunt omnes ille
que de chriſti ſunt paſſione ſunt: vbi ſo
lus aduertendus eſt numerus eorum ꝗ
⁊ qualia chriſtꝰ fuit paſſus: ⁊ quomodo
in his homo ſe eiſdem ſpiritualiter de
bet conformare. Uerbi gratia. Materia
illa ſuperius poſita vbi diuina ſapientia
incohauit diſcipulo pro ipſius feruore exci
tando ſuam paſſionem explicare taliter
eſt ad populum ordinanda. Si quidem
chriſtus dei filius imminente ſibi paſſio
ne horrenda cũ ꝑ anguſtijs ſuperuẽture
in proximo mortis guttas ſanguineas ſu
dando funderet in terra: nihilominus ta
men libere ſuam voluntatem patris vo
luntati commiſit: ⁊ quod ceperat deuo
te perfecit: ſic quilibet deuotus in omnĩ
aduerſitatis preſſura ⁊ tribulationis an
guſtia licet forte naturam habeat reluc
tantem ſe paterne voluntati committat:
⁊ deuote hoc ſuſcipiat quod occurrit.
Et ſicut chriſtus fuit captiuatus ⁊ vincu
latus ne quo velȝ poſſet abire: ſic homo
ſeipſum debet captiuare ne ſequatur cõ
cupiſcentias carnales ac ſenſualitatis ap
petitum ad nociua trahentem. Item ea
dem nocte omnes illuſiones ſibi factas
ac verecundias illatas ab iniquis patien
ter ſuſtinuit: ſic homo omnia verba con
tumelioſa ⁊ turbatiua atq; opprobria ⁊
cuncta mala irrogata a malis ⁊ impor
tunis hominibus patienter ferat amore
ſui creatoris redemptoris ſimilia vel po
tius multo maiora propter ipſum patien
do. Deinde in mortis diſcrimine a

caypham adductus veritatem non de-
ſeruit: ſed ante maledicentem ⁊ con-
demnantem ſe dei filium cum omni
modeſtia confeſſus eſt: ſic verus ipſius
ſeruus propter nullum temporale peri-
culum debet veritatem deſerere ſed vſ-
qꝫ ad mortem perdurare. Dulciſſima
mater eius filio ſic anguſtiato viſo val-
de doluit ⁊ ei ex intimis viſceribus com
paſſa fuit ac amariſſime fleuit: ſic fide-
lis amicus ſuo dilecto amico mala pati
enti condoleat ⁊ compatiatur. Dein
de cum ante preſidem ſtatueretur ⁊ ini
quis accuſationibus falſe vrgeretur om-
nem manſuetudinem ⁊ patientiam oſtē
dit: ſic verus chriſti imitator non mur-
muret nec reclamet: nec contradicat cū
indebite ab emulis leditur aut impu-
gnatur. Diuina ſapientia veſte alba ī
duitur ⁊ tanꝗ̄ fatuus expuitur ⁊ irride-
tur: ſic omnes irriſiones que ſolēt a va
nis huius mundi hominibus deum pre
oculis non habentibus homini ſpiritu-
ali irrogari ſufferat patienter. Spinea
corona rex glorie coronatur: ſceptro ac
purpura ſubſanatorie deluditur: ſic eti
am cum ſeruus chriſti in hoc mundo
vilipenditur velut omni honore indign⁹
abijcitur atqꝫ a preſumptuoſis deſpici-
tur: ⁊ illuſionibus moleſtatur: cogitet
q̄ ſeruus non eſt maior domino ſuo:
nec pro malo habeat ſi ſummo regi ſi-
milia patiatur. Poſt hec nudat⁹ ver-
beratur ⁊ flagellis nodoſis caro illa ſan
ctiſſima ⁊ membra delicatiſſima accer-
rime dillacerantur: corpus eius formo-
ſum plagis liuet ⁊ ſanguine vndiqꝫ ru-
bet: ſic miles ſtrenuus debet corpus ſu
um per aſperitates ⁊ duritias caſtigare
ne inobedienter incipiat recalcitrare.
Tandem ſententia mortis ſuper actorē
vite data crucem ſibi baiulans confe-
ſtim ad locum ſupplicij foras educitur
tanꝗ̄ malefactor qui huius mundi vi-
ta indignus extimatur: ſic verus ieſu
chriſti imitator ſeipſum abneget tollēs
crucem ſuam ⁊ extra caſtra exeat im-
properia ipſius portando tāquam pur-
gamentum huius mundi factus ſemper
qꝫ mortificationem ieſu in corpore ſuo
circūferat: vt ⁊ vita ieſu in corpore ſuo
tandem manifeſta fiat. Itaqꝫ ſimili mo
do his decem articulis faciendū eſt in
omnibus conſequentibus materijs que
ſunt de chriſti paſſione. Eodem quoqꝫ
modo fiat in materia pretarata de vtili
tate videlicet temporalium tribulatio-
num: de quibus ſimiliter poterit combi
nare ⁊ applicare prout placuerit. Sic er
go vniuerſaliter faciat in omnibus tali-
bus que ſunt his ſimilia motiua multa
que ordinate componendo ⁊ comme-
morando auditoribus propōat: ⁊ dif-
fuſius pertractando ad libitū faciat col
lationem motiuam. Quedam autem di
ligentiori indigent perſcrutatione. Uer
bi gratia. In prima materia ſuperius po
ſita de tractatu diuine deſponſationis
diligens lector inueniet inter alias deſ-
ponſationis diuine ſapientie has vtilita
tes. Ex hoc nanqꝫ habebunt conſcien
tie puritatem: mentis ſerenitatem: fa-
me claritatem: nominis immortalitatē:
ſpiritualis delectationis ac gaudiorū di
uinorum affluentiſſimam vbertatem: ſō
num quietum: q̄ ſecurum protectorem:
gloriam ⁊ honorem ac perēnem felicita
tem. Qui eam ſibi in amicā aſſumit de-
core vite decorabitur: ſtolla glorie veſtie
tur ⁊ corōa gratulatiōis corōabit̄ ꝓ mo
dico labore magna regē ꝑfruet̄: ⁊ vera
atqꝫ ꝑfcā btitudie q̄ i ꝯtēplatione ſūmi
veriqꝫ bōi ꝯſiſtit btificabit̄. Itē erit ho
norabilis ⁊ gl̄oſus pacificus ⁊ fortunat⁹

ſapiens atq; expertus ſpiritualis ac diui‑
nus: amabilis ⁊ omniũ bonorũ poſſeſſor
ſecurus. Itẽ circa materiam de feruida
penitentia: nota ibidẽ ꝙ hec mala inter
alia peccatũ conſequũt vz ſena peniten‑
tia gemitus ⁊ fletus: meror ⁊ triſticia ⁊
cordis clamor: atq; miſeria: deus perdit
anima a ſummo bono ſeparatur gratiis
nudatur ac bonis celeſtibus ſpoliatur:
confuſione induitur ac ignominia reple
tur. decipitur derelinquitur ⁊ quodāmo
do bonis omnibus priuatur. remorſu ꝓ
prie cõſcientie cruciatur. Uiuens morit
ac ſanus exiſtens languid⁹ efficitur: no‑
men ſponſe amittit deum offendit ſeip‑
ſum perdit ſaluatorẽ inhonorat: inimi‑
cos letificat: ſanctos autem angelos con
triſtat: replebitur verecundia: pauore ⁊
anguſtia. Peccatum aſtute hominem
circumuenit aufert ſenſum: cor trāſfigit
⁊ ſuaui toſſico hominem perdit. Pecca
tor gladiis inimicorum inermis obiicit
in ſe marceſcit ⁊ ſibimetipſi grauis effi‑
citur: aliorum bona videns amplius de
ſuis confunditur ⁊ conturbatur. Pec‑
catum plumbo ⁊ leoni: tonitruo ⁊ abſin
thio comparatur priuat quietẽ interi⁹‑
orem ⁊ horrore quoq; dormientes con
turbare conſueuit. Inde animus amari
catur ⁊ deniq; omnis creatura tormen‑
tum eius efficitur. Interdum ſuadet ho
mini diem natiuitatis ſue maledicere ⁊
in foueam corruere deſperationis infeli
cis. Circa materiam de malis religioſis
in quibus extinctus eſt feruor deuotio‑
nis. Nota ꝙ religioſus tepidus vel va
nus eſt lamentabilis: quia miſerabilio‑
quodammodo omnibus creaturis ſcili
cet carens deo ⁊ mondo. Comparatu‑
ciuitati ruinoſe que ſubitanee corruit, vr
paulatim deficit donec tandem ex toto
perit: item monſtro marino propter de
formitatem interiorem ⁊ exteriorẽ. Nā
veris atq; perfect⁹ religioſus debet ha
bere has conditiones. Omnia ſcilicet
mundana ſpernere: i ſolo cõditoris amo
re flagrare: ſanctaſq; meditatiões ⁊ bo
nas operationes ſemper habere: ſeipſuz
⁊ proximum edificare: neminem autem
circũuenire aut ledere ſed in ſimplicita‑
te: ⁊ ſynceritate vitam beataz ducere.
Item carnem ſuam cum vitiis ⁊ concu‑
piſcẽtiis crucifigere: exercitia quoq; ma
gna ⁊ conſuetudines deuotione plenas
habere: ac fortiſſime ⁊ ſtrenuiſſime con‑
tra nequitias inimici bellare ⁊ ſemetip̃z
pro defenſione veritatis ⁊ iuſticie ĩ mor‑
tem vſq; tradere. Conditiones vero ma
li religioſi ſunt he vz: proteruia contra ſu
os ſuperiores: item queruloſitas: eſt aũt
queruloſus qui nihil vult ſuſtinere ſed
ſue vult voluntati viuere: cupiditas rerũ
temporalium inordinata: ⁊ laxatio freni
nimis libera ad circũſtantias peccati car
nalis. Item defectus diuine charitatis
inuidia fraterne ꝓſperitatis: honoris am
bitus inordinatus: ⁊ negligentia ſancta‑
rum conſuetudinum. In ſeruitio dei ſũt
pigri: pro queſtu rerum temporalium ſũt
ſoliciti ⁊ omni tpe circa curam corporis
nimis intenti: ⁊ iterum ꝙ proni ſunt ad
imitandum mala exempla magiſq; bo‑
na ⁊ ſuam negligentiam defendere per
aliorum tepiditatem. Diſcurſus faciunt ĩ
utiles: ⁊ per colloquia praua corrumpũt
bonos mores. Uerba quidem habent in
terdum ad borā ſpiritualia: ſʒ facta quā
doq; ſubintrant carnalia: timentes ocu‑
los hominum magiſq; dei. Cor habent
mundanis deſideriis repletum: ⁊ ſi qua
habent parua bona multis malis ſunt ꝑ
mixta. Hoc igitur modo conſequenter ĩ
omnibus aliis materiis huius libri vſq;
in finem poterit quilibet ſtudioſus cum
diligentia floſculos extrahere vnde poſ‑
ſit ad ſalutis viam proximum trahere et
ad deuotionez excitare. Quod ſibimet
faciendum ideo reliquimus vt ei ex hoc
ſtudio fructus ſalutis ⁊ merces creſcat
eterne retributionis. Amen.

Qualiter multi fideles poſſunt diuinā
ſapientiam deſponſare ⁊ quomodo per

quotidiana quedam leuia exercitia debent ſe continue in eiuſdem amore renouare. Capitulum. .vij.

V Enite filij audite me: venite ⁊ audite ⁊ narrabo vobis oēs q̄ timetis deū q̄ꝫta fecit dn̄s aīe mee. Fecit enim mihi magna q̄ potēs eſt ⁊ ſanctum nomē eius. Plane ſpectabilia et magnalia ſunt hec tāꜝ inſignia: vt ex hiſ nō īmerito admiretur oīs homo magnificans deū ac dicēs qm̄ bonus qm̄ in ſeculuꝫ miſericordia eius. Quāobrē ſi ego quidem inter hec ſobria quadam ebrietate videar mente excedere: deo concedenduꝫ ē. Charitas eni chriſti vrget nos Jam qꝫ os noſtrū patet: ſed ⁊ cor noſtꝝ dilatatum eſt. Auditū ergo hunc iocunditate ⁊ exultatione plenū multorum ꝓ ſalute indultum magno cordis deſiderio vobis eructuare cupio feſtinanter. et enim ſacr̄m regis abſcondere bonū eſt: opera āt dei reuelare ⁊ confiteri honorificū ē. Audite ergo nūc me populi oēs d̄ regalibꝰ nuptijs vēio: ex vino celi potatꝰ madeo: nuptiali thalamo potitꝰ gaudeo inſuper bonum nuncium porto cūctiſqꝫ noua gaudia fero. Et ideo me ipſuꝫ p̄ iubilo non capio: ſed totus iocunditate infuſus exulto in domino. Queris vnde tā rara tāꜝ inſolita gaudiorū materia ſit ī terra noſtra ſuborta? Nimirū ex hoc ꝙ ī his paſchalibus gaudijs vꝫ regalibus et ſpūalibus nuptijs ipſe rex ſūmus ac īperator diuinus ſuā mihi vnicā ac dilectaꝫ eternā. ſ. ſapientiaꝫ ī ſponſam copulauit ſpōſalia cōtraxit ⁊ me quodāmō ſuū generū fecit. O quis ego qui ſim gener regis? Quis ad tātam dignitatē audeat aſpirare? Quā magnū ē hoc qd̄ tā paup ⁊ mendicus tam vilis ⁊ indignus nullis meritis p̄cedentibus ad tantā dignitatē meruit ſublimari. Quis extimare queat hec dona chariſſima omniqꝫ gratiarum actione digniſſima? Sed neqꝫ his contētus rex magnificus adauxit munera: cumulauit beneficia: ampliauit dona ⁊ gratiam copioſe dilatauit. Naꝫ humilis huius ſapientie diſcipulus ī ea viſionis gratia quodam nouo ⁊ myſtico nomine frater Amandus nuncupatus dum in cordis cubiculo nuptiali thalamo cum diuiniſſima ſponſa ſua ſecreta ſilentia petiſſet ⁊ inter ipſius amoris brachia dulciter ſoporatus obdormiſſet cordis tamen feruido affectu ad modū p̄fecte vigilaret atqꝫ de aliorum p̄iter ſalute ſecum tractaret: predicta ſponſa huiuſmodi verba nimium dulcia intellectualiter ac ſupernaturaliter omniumqꝫ mortaliū vocum conditionibus diſſimiliter depromebat dicens. Ex te nāqꝫ egredietur ī quo oēs gentes benedicentur. Ex quibus verbis celitus prolatis nimium delectatus pariter ⁊ admiratus gratitudine precipua ad eam cōuerſus dicebat. O lumen oculoꝝ meorum: o deſiderium aīe mee ⁊ gaudium mentis mee qd̄ non voce exprimi poteſt: amica dulciſſima nimium formoſa ⁊ pre cunctis incomꝑabiliter generoſa oībus gratijs decentiſſime perornata ecce tu noſti hanc eſſe conditionem ac propetatem amoris intenſi: vt hoc quod quis intenſe amat alijs etiam placere cupiat ⁊ a ceteris omnibus adamari ac laudari ſine tamen ſui preiudicio concupiſcat. O amoroſa iam preſens mei conditio cordis tot miſcens interi ignita ſuſpiria verbis. Sed ecce tu vnica ⁊ ſola es illa cunctis optabilibus bonis ſupereffluēter cumulata taliſqꝫ teipſa tradente eſt tua ſingularis prerogatiua: vt quāto quis amator te pluribus ſine inuidia cōicauerit: tāto perfectius in ſemetipſo poſſidebit.

Quapropter o benigna de ſalute cunctorum ſolicita da modum aliquem excogita viam congruentem per quam hic tuus amator ac ſpiritualis deſpōſatio multiplicetur vel etiam ſicut iam in nonnullis deſidioſis antiquata eſt aliqualiter renouetur. Nam ⁊ natura a te optime inſtituta quibuſdam prouidit de neceſſarijs remedijs: per que eorum continua de-

fectio quam vniuerſa tempoꝛis legibus
ſubiecta incurrere certum eſt cõtinue re
ſtauratur. Sic reuera ⁊ gratie dona ne ꝑ
dantur vel diminuantur: frequenti egẽt
renouatione. O mi deus ſi multi ſcirent
ꝑ experientiam deſponſationem tuã eẽ
adeo iocundam: o ſi noſcent tam modi-
cum ipſius eſſe laboꝛem ⁊ remuneratio-
nis tam imenſam mercedẽ. Totꝰ eſtuo
cum cogito ꝙ tanta bona de pꝛope po-
ſita a multis negliguntur: ⁊ ꝙ meſſis tã
multa opariȷ vero tam pauci inueniunt.
O q̃tum huius rei pꝛe deſiderio flagra-
bat doctoꝛ ille egregius paulus qui fra-
terna charitate ꝑmotꝰ cupiebat anathe
ma eſſe pꝛo fratribus ſuis: vt ſpiritualia
hic conciliaret connubia. Quid deniqꝫ
ait? Deſpondi inquit vos vni viro virgi-
nem caſtam exhibere xp̃o. Sed ⁊ diui-
nus ille dominicus pater noſter deſpon-
ſationis huius quaſi celeſtis quidam ꝑ-
animphus cupiebat ſeipſum vendere: vt
totus poſſet impendi ⁊ ſuperimpendi ꝓ
animarum ſalute huiuſqꝫ diuini amo-
ris reſtauratione. Sic ⁊ totius ipſius idi-
uiduꝰ euangelicus ille franciſcus oĩa ar
bitratus eſt vt ſtercoꝛa: vt ad amoꝛẽ hũc
gratioſum ⁊ pꝛetioſum omnes attrahẽt
multoſqꝫ amatoꝛes chꝛiſto lucrifaceret.
Similiter multi aliȷ deo dilecti ab initio
mundi fecerũt qui ſe huius rei cauſa toꝛ
mentis ⁊ periculis inumeris expoſuerũt
tanto felicioꝛes huius deſponſationis ꝑti
cipes ſe fieri arbitrantes q̃to plures po-
tuiſſent ſibi attraxiſſe conſoꝛtes ⁊ conſo-
dales. Nunc ergo domine mi paternis
inherendo deuote veſtigiȷs ego quoqꝫ
huius amoꝛis iaculo vlnatus ⁊ zelo fra-
terne charitatis medulitus tractus gẽua
coꝛdis mei ad te flecto ⁊ ex totis pꝛecoꝛdi
is cum ſingultu ⁊ lachꝛymis te flagito:
vt hanc tuam deſponſationem ſpiritua-
lem in diebus noſtris non ſic perire per
mittas: ſed gratiam renouationis ipſius
aliqualem coꝛdibus diuerſoꝛum infun-
das. Fac nobiſcum non ſecũdũ noſtroꝝ
meritoꝛum paruitatem: ſed ſꝫ ꝙ decet
tuã amabilẽ atqꝫ piȷſſimam bonitatem.
In tua nanqꝫ clementia dependet tota
ſalus noſtra. Ex eo quippe miſeris es tã
ineffabiliter amabilis: ꝙ ipſis indignis
es tam pius atqꝫ placabilis. Sed ne diu
tius te pꝛotraham en ego miſer pecca-
toꝛ ꝓpꝛiȷs delictis pꝛegrauatus ſꝫ de tua
imenſa pietate confiſus coꝛam te pꝛo-
ſtratus iaceo: de terra non ſurrecturus
donec ex labiȷs tuis verbum egrediatur
gratioſum: donec ſurgas ⁊ ꝓpitius fias:
conſenſum ꝑbeas: ac te nũc quoqꝫ ſicut
olim deſponſari ꝑmittas. Sapientia.
Ego quidem paratus eſſem omni tẽ-
poꝛe hoc ꝙ petiſti adiplere ⁊ in hec ſpi-
ritualia cõnubia conſentire: ſi tam eſſent
qui huic deſponſationi vellent legitime
operã dare. Sed mirum in moduꝫ mul
ti ſunt qui hanc deſiderãt arrã habere:
verũtamen pꝛo eius adeptione nolunt la
boꝛare. Uerum quidem ſi ſine laboꝛe hͦ
mea feliciſſima deſponſatio obtineri poſ
ſet inumeri me ſibi i amicam eligerent.
Quis. n. niſi inſanus auri imenſuꝫ pon-
dus ſibi gratis oblatũ nõ tollat ⁊ vadat?
Nunc vero ſic ẽ ꝙ ſapientia trahitur de
occultis: ⁊ qui voluerit ipſaꝫ poſſidere ne
ceſſe habebit eam cũ laboꝛe ⁊ ſolicitudi
ne quaſi pecuniam querere ⁊ effodere
quaſi theſauros. Non enim iuenitur in
terra ſuauiter viuentium. Siquidẽ conſi
lio diuino decertũ eſt ꝙ nullus hãc di-
gniſſimã ſponſam accipit niſi pꝛius ſtre-
nuiſſime in acie pꝛopter ipſam militaue-
rit ⁊ aduerſa ſuſtinuerit multa. Et qui-
cũqꝫ in his tribulationibꝰ viriliter vſqꝫ i
finem ꝑſeuerauerit i hoc mundo eius in
obſequio: hic tandem feliciter eideꝫ co-
pulabit̃ ſine fine in regno ſuo gloꝛioſo.
Nec mirũ: qꝛ laboꝛ pꝛeire ſolet merce-
dem. Quis nãqꝫ ⁊ in hoc bꝛeui tempoꝛe
optando ⁊ non operando obtinet quod
vult? Et ideo digni non ſunt ipſius perfe
cta deſponſatione: qui aduerſa dedignã
tur eiꝰ ob amoꝛẽ ſuſtinere. Diſcipulus.

Utiqꝫ dn̄e:nā ⁊ catelli edūt de micis
q̄ cadunt de menſa dominorum ſuorum
Et ideo ſaltem hoc fiat vt ex participa-
tione illius perfecte deſponſationis diui
ne q̄buſdā ſingulariť collate:tuis quoqꝫ
īfirmis ac fragilibus prout iuenerit ma-
nus tua ꝓuidere digneris. Condeſcende
queſo infirmitatibus noſtris ⁊ malitie tē
poris huius inſtantis:⁊ da modū aliquē
hanc gratiā ſ3 diuerſos gradus partici-
pandi. Nā ⁊ diuerſos gradus hēs in en
tibus. Aut nunqd vnā tm̄ bn̄dictionē ha
bes pater? Da igitur modū aliquē facilē
⁊ tā gn̄alē vt oēs te ꝑ ip3 collere cupien
tes ſiue tibi charitate ꝑfcā iūgāť vl' fra-
gilitate hūana ꝑpediti ab hac retrahāť
ſeu ēt poſtmodū ī igne purgatorij ꝯdigne
purgētur:mereantur benedictionis ipi'
eſſe conſortes. Nec vl'ia vt ſoles docu-
menta de hac reꝑponas:ſed ad ſingula
ria ac ꝑticularia ⁊ quedam leuia ⁊ com-
munia deſcendas:tanqꝫ ſi nutrix pullis
ſuis lac prebeat non ſolidū3 cibum. Hec
nāqꝫ i potentibus quibuſqꝫ ac ſimplici-
bus ſuauius ſapiunt ⁊ facilius adipleńť.

Sapiētia. Quoniā ex euangelico ꝓ
miſſo ſtatui eſſe me cū fidelibus vſqꝫ ad
cōſumationem ſeculi nauiculamqꝫ petri
licet multipliciter quaſſatam nequaquā
deſerere velle vſqꝫquaque:ideo ſm̄ di-
uerſa tempora ad excollendam vineam
meam operarios deſtinaui eiſqꝫ ſalutis
eterne remedia contuli ac ſepius collata
renouare nō omiſi:ſed ab initio ꝑ natio-
nes i animas ſanctas me trāſfundo:ami
cos dei ac prophetas conſtituo. Quam-
obrem ⁊ in preſenti nūc quoqꝫ quedam
opera ac dilectionis conſueta ſatis exer-
citia quibus a multis diuerſorum gradu
um ac ſtatuum hominibus deſponſatio
nis huius eterna ſalus diuerſimode ꝑti-
cipari poſſit tibi indicabo:ſimulqꝫ quali-
ter amor meus iugiter renouari valeat
demonſtrabo:adijciens nihilominus ꝙ
hi qui eiuſdem ſapientie doctrine ſuper
firmā petrā catholice ⁊ apoſtolicē veri-
tatis fundate extiterint deuoti imitato-
res benedictionis quoqꝫ ipſius que per
ſemen fidelis abrae repromiſſa eſt i chri
ſto ieſu erunt in ſempiternum heredes
Igitur quicunqꝫ deſiderat eterne ſapiē-
tie amabilis fieri diſcipulus cuiuſcūqꝫ cō
ditionis ſit vel ſtatus aut ſerus ſeu ordi-
nis aut etiam religionis: debet diligen-
ter ſeruare ea que ſequunť:que ſic ſunt
temperata vt nihil difficultatis importēt
⁊ quilibet poſſit ea facere ſine omni pre-
iudicio ſue ꝓfeſſionis ⁊ ſtatus. Siquidē
diuina ſapientia non intendit ꝑ iſta3 ſta
tuere aliquā obligationem vel profeſſio
nem aut ſtrictionē qualēcūqꝫ:ſed ſolum
quandam nouam dormitantis deuotio
nis ſpontaneam excitationem:in qua q
ſe exercitare voluerit bene facit ⁊ lauda-
biliter:qui autem hec non facit pro tan-
to nō peccat nec delinquit. Ante oīa igiť
quilibet ſapientie diſcipulus d3 amore3
carnalem ſi habet relinquere ⁊ ipſam
preclaram eternamqꝫ ſapientiam diuinā
in ſponſam ſibi aſſumere ⁊ amicam. Qꝫ
ſi fortaſſis quiſpiam adeo ligatus eſſet ꝑ
amorem aliquem priuatum ꝙ ſibiipſi tā
ſubito vim inferre aſperum iudicaret eſ-
ſe ac nimis durum:ſaltem bonum hēat
propoſitum vt ab hoc amore nociuo ſe
velit abſtrahere cum adiutorium diuinū
occaſione aliqua inuenta ſibi ſenſerit ef-
ficaciter arridere. Hi autem qui terreno
amore ligati non ſunt ſed alias deſides
hucuſqꝫ ac tepidi ⁊ negligentes eius in
amore fuerunt:debent hanc ſpiritualem
ſponſam quaſi de nouo deſponſare: et
ſe in eius amore recenter renouare pio
quodam deuotionis affectu. Hoc au-
tem ſic dicimus eſſe faciendum vt ei-
dem cui prius ſeruire ſolebant tanqua3
domino per timorem: ſibi nunc ſtude-
ant pariter placere ⁊ adherere tanquā
dilectiſſime ſponſe per ſpiritualem ⁊ i-
tenſum amorē ſemꝑ cogitātes excellētiā

⁊ pietatē huius diuiniſſime ſponſe: ⁊ q̄
beati ſunt illi qui eius amicitia in hac vi-
ta meruerunt decorari. Et hec deſpon
ſatio vel deſponſationis antique inno-
uatio propter feruentiorem deuotionis
excitationē deb3 fieri nō ſolū ab intra in
anima ſ3 ⁊ exterius l3 occulte p aliqua ſi
gna: puta per tres pſtrationes ſeipſum
in eiſdē tante ſponſe dando: offerendo ⁊
exhibendo ⁊ arrā deſpōſatiōis ab ea pe
tendo. ſ. aliquā noua gratiā in ſignū mu
tue dilectōis ⁊ fidelitatiſ: quā neq3 morſ
neq3 vita neq3 quecūq3 creatura alia in
ppetuū debeat violare. Et q2 plerūq3 fa
cta plus mouent q̄ verba: factū quoddā
valde notabile ac raꝝ multūq3 motiuu3
ſpectās ad ppoſitū tibi reuelabo. Erat
quidā iuuenis feruidus amator q amore
terreno relicto hāc celeſtē ſponſā diuia3
ſ. ſapia3 ſibi in amicā elegit: cupiēſq3 di
lectā hanc intimis viſceribus cordis ſui
plenius incorpare ſecretū locum petijt ⁊
p amoris ſtupenda vehemētia ſurgēs ⁊
veſtimēta ſua a pte ſupiori corpis extra-
hens arrepto ferro accuto ſupra nuda p
cordia pectoris ſui in ea pte vbi cordis vi
talis pulſus pcipue videt̄ viuere pdictu3
ferrū carni ſue infixit tā valide: vt ſingul'
ictibus cruor ſanguineus erūpens ſeqret̄
ictus ferientis ⁊ ſanguinis vnde deſuper
pcordijs deorſum defluētes decurrerēt
minutatim. Sic ꝙ tot accutas pūcturaſ
ſeuaſq3 fixuras hincinde defixit donec tā
dem hoc mō nomē pclaꝝ ſue ſponſe qd
eſt ieſus magnis ⁊ capitalibus lr̄is ſuper
latitudinē cordis ſui exarauit Cū aūt hec
amoris vulnera recētia ⁊ ſanguinolenta
ſibi dulcia in carne liuida aliquādiu cu3
multo amoris īcendio portaſſet: tandem
poſt multos dies ſanatus clare ⁊ pfecte
pdictū nomen caro illa in eodē loco ite
graliter ꝯſeruauit. Poſtmodū igit̄ cu3
hic diuinus amator quēdā terrenū ama
torē ſue ſponſe vanū nomē in veſte ſecu

lari vt a nōnullis fieri ſolet deferri vide-
bat: ex intimis pcordijs diuinā ad ſpon-
ſam ſuā conuerſus eiuſq3 amoris ſuper
cellentiſſimas progatiuas cōmemorans
ipſius nomē nō i tabulis lapideis aut ve
ſtimētorijs picturis rubrica vel attramē
to cōſcriptis ſed in talibus carnalib' cor
dis atq3 lr̄is ſanguineis roſea vernanti-
bus floratura cōſignatis ſe aſtare inde-
lebiliter in ſuis pcordijs gaudebat. Fru-
ctum vero ſalutifeꝝ diuini amoris inde
ſibi creſcere notabiliter ſentiēs ex pn̄tia
tanti nominis memoriā iugiter admonē
tis: cupienſq3 quoſlibet deuotos in amo
re diuino pficere ſuaſit eis pinde huiuſ
nominis maiorē curā habere non quidē
vt idipſum facerent ⁊ ſe periculo incon-
ſulte cōmitterent: neq3 illud vllo modo
imitari deberent qd ſibi ex ſingulari do
no datum fuit virtute diuina ſuperare:
ſed ꝙ illud nomen ſalutiferū qualitercū
q3 formatum vel conſcriptum ſecrete q
dem ⁊ latenter aut i veſte aliqua vel ali
as ad libitum p diuini amoris excitatōe
ſemper deferrent. Sane predictus ado-
leſcens amādus memoratū amoris op'
ideo fecit vt quotienſcūq3 cōtingeret no
men predictū ſibi ſoli ac deo ibidem co-
gnitum a ſe videri: totiens contingeret
priſtinam amicitiam rememorādo qua
ſi recenter in corde ſuo renouari. Simi
le huius quantum ad intentionē facti le
gimus de ſimone ſummo ſacerdote qui
amicitiam qua3 iudas machabeus fra-
ter eius dudum cum romanis ſtatuerat
quaſi iam inueteratam cum renouare
vellet: clipeum aureum illuc in ſignum
miſit ⁊ antiquam amicitiam innouauit.
Sic ⁊ ipſe dominus in ſignum federis
hominibus arcum in nubibus dedit.
Sic ⁊ filij iſrael inito federe cum domi
no aquam effuderunt ⁊ vel aras edificā
tes aut lapides ponētes aut res aliquas
corporales ſtatuerunt: vt per exteriora

ſigna iterioꝛ fragilis hũana iuuaret̃ me
moꝛia. Multi quoqꝫ ſci noui teſtamẽti i
trãſactis añ nos tẽpoꝛib⁹ ꝑ incitamento
ſue deuotiõis picturas ſibi diuerſas fece
runt: qdam imagines vel cruces iuxta ſe
hũerũt: nõnulli ẽt reliquias ⁊ certa ſiĺia
apud ſe vt legit̃ hu⁹ rei gr̃a detulerũt.
Hoc ergo vt p̃dictũ ẽ faciat. ſ. ꝺ nomie
ieſu qui gr̃am hũerit. Aim⁹ hũan⁹ facil
lime a ceptis labit̃: niſi frequẽter i ceptiſ
renouet̃. Itẽ ſapie eterne deuoti culto-
res ac diſcipli poſſunt q volunt quotidie
horas ſubſcriptas. ſ. curſũ breuẽ eiuſdẽ
ſapie legere. Qui aũt q legere neſciũt vel
legitime occupati ſunt: ſeu ẽt qui eas cõ
mutare cupiũt: dicãt loco eaꝝ ſeptẽ pr̃
nr̃ pro ſeptẽ horis cõnectis pro qualꝫ ho
ra vnũ. Hec aũt dꝫ eẽ eoꝝ intẽtio in his
horis: vt diuia ſapia cuſtodiat eoꝝ cõda
⁊ opa: ne ab hoc mũdo ſtultiſſimo ⁊ mo
dernis tpibus vanitatib⁹ ac malignitati
bus pleno irretiant̃: ſꝫ caute ⁊ ſapienter
ambulãdo a cũctis malis ⁊ p̃iculis p̃ſer
uent̃. Itẽ in mẽſa poſt bñdictionẽ añq̃
incipiãt comedere dicãt vnũ pr̃ nr̃ ꝑ ele
moſyna ſpũali his aiab⁹ marie que ſũt
indigẽtes in purgatoꝛio: attẽdẽtes q̃ p̃i
culoſum ſit gratis elemoſynã comeder̃.
⁊ per cõtinua ſuffragia fideliter ei nõ de
ſeruire: ⁊ q̃ṗ piũ ſit in nullo ſe iuuare va-
lẽtes iuuare: ⁊ cũ quanta ei⁹ gratitudie
gaudeãt ſe in tanta miſeria vel minimã
guttã aut micã vnã que cadit de menſa
dñoꝝ ſuoꝝ recipe ꝑ refrigerio q̃licunqꝫ
Et vt hoc quoqꝫ exercitiũ pietatis ma-
gis gratũ ac p̃ſuaſibile deuotis mẽtibus
fiat: ſciẽdũ ꝙ dñ deuota q̃daꝫ appꝛoba-
te religiõis p̃ſona ſimul cũ ceteris qbuſ-
dam has orõnes faciẽdas de nouo ſuſ-
cepiſſet: p̃cipue tñ magna deuotione er-
ga ipm deꝑfundis ꝑ aiab⁹ deſolatis
dicendis flagraret: appuerũt ei i quadã
viſiõe aĩe multe locis purgabilib⁹ ocpu
tate q̃ ex vili hitu ⁊ geſtu miſerabili p̃ſe-
rebãt ſuffragioꝝ ſe diſficiẽs idigẽ defle
bant. Inter quas tñ vna ſinglr̃ ad ipam
acceſſit: flebiliter ab ea petijt vt ſe p̃mit-
teret eẽ hunc ſuũ medicũ cũ quotidie in
menſa deꝑfũdis p̃dictũ ꝑ elemoſyna
erat largitur⁹. Ex qua viſiõe poſtmodũ
feruẽtius erga hãc agebat̃ elemoſynam
ſpũalẽ. Itẽ vnũ pr̃ nr̃ dulciſſimo ⁊ ſalu
tifero noi eterne ſapie qꝺ eſt ieſus vt do
min⁹ ⁊ ſaluatoꝛ nr̃ oẽs hos eterne ſapie
diſcipulos ſcãmqꝫ matrẽ nr̃em eccleſiã
ſaluet ⁊ cuſtodiat a cũctis aduerſis ⁊ ab
omnium tueatur hoſtiũ inſidijs. Sane
ob reuerẽtiã tanti nois eiuſdẽ p̃emittẽ-
do vel etiã ſubiũgendo dicant hec vba
Benedictũ ſit nomẽ dñi nr̃i ieſu chꝛiſti
dei ⁊ glorioſe virgis marie matris eius i
eternũ ⁊ vltra. Amen. Et de hoc extant
indulgentie. Ratio huius oꝛationis de
hoc nomine eſt vt ille dulcis ieſus qui
ꝓhdoloꝛ his vltimis tempoꝛibus de coꝛ
di bus multoꝛum q̃ſtũ ad deuotõis fer-
uoꝛẽ delet̃: extiguit̃ ⁊ tã dãnabiliter iaꝫ
ꝓiectus ẽ eo ꝙ tã inumeri ſũt q q̃ ſua ſt̃
quer̃t nõ q̃ ieſu xp̃i: vt iq̃ hoc mellifluũ
nom̃ aliquo mõ reuiuiſcat ⁊ coꝛdib⁹ fide
liũ iculcet̃ ac renouet̃: p̃ſtatũ fiat pietatiſ
exercitiũ. Hãc nimirũ ꝓiectiõꝫ ieſu a ſu-
is quõdã dilectis ipſamet diuia ſapia ñ
nullis i viſiõe apparẽs cõqueſta ẽ voce q̃
ruloſa. Itẽ p̃ma die ab eccleſia inſtitura
ꝓ hiſtoꝛia ſapie cãtãda vꝫ p̃ᵃ dñica m̃ſ
auguſti: añ vigiliã natitatis dñi qñ icho
at̃ ad veſpas añt O ſapia. ⁊ dieb⁹ ſeq̃n
tib⁹ vſꝫ ad noctẽ illã gloſã cũ i hũc m̃dũ
p̃ris genitura eterna ſapia dignata ẽ in-
troire: fiat aliq̃ ſpãlis mẽoꝛia de ea i orõ
nibus p̃uatis ꝑ ãtiphonã vel collectam
vel orõnẽ dñicã: ſi ẽt aliqs tpib⁹ illis cũ
vacaret miſſaꝫ p̃uatã de eterna ſapia ce
lebꝛaret: gratũ hẽrꝫ. Itẽ diſcipl̃is ⁊ ama
toꝛib⁹ ſapie tres adhuc dies in anno de
bẽt eẽ p̃cipue obſuabiles: ita vt qualꝫ
i taꝝ triũ dieꝝ aliqꝺ obſequꝫ ſpãle fiaci
ant huic ſpõſe ſpũali. Pꝛia ẽ dies circũ
ciſiõis dñi. In hac eim die icipit ann⁹: ⁊
ſꝫ ꝯſuetudinẽ q̃rũdã terraꝝ iueteratam
hac die hi q ſũt iuicẽ in ãicitia ſinglr̃ cõ

ſuncti ꝯſueuerūt ſibi mutuo ſtrenas da-
re:ꝛ bonū ānū optare. Sic ergo ſiſr pro
excitatiōe deuotiōis ꝛ dormitātis aie ad
amorē diuinū qb⁹ deuot⁹ ſapie diſcipl's
ꝛ amator in hac die ad ſuaꝫ vnicā ac di
lectiſſimā ſpōſaꝫ diuinā accedat:ꝛ bonū
aium ꝓ ſtrenis ſibiipi ꝛ oib⁹ ipius con-
diſcipulis ꝛ ſcē matri eccl'ie fideliter de
poſcat aliquā oṙonē ſpālem faciēdo:vel
ēt cui hoc ꝯgruit cereū accēſum i hono
re ipius q eterna lux eſt ad altare vel añ
crucifixū offerendo vel ꝓcurādo:i ſignū
ꝙ oēm ſalutē ſuā fidel' diſcipulus i hoc
inſtabili tpe recognoſcit ꝛ vult ſe a ſola
ſpōſa diuina hr̄e:ꝛ ꝙ amor ei⁹ ſolius in
corde ſuo debeat ardere ꝛ lucer̄:ꝛ petat
ꝙ ſi hic amor fortaſſis aliqua occaſione
extinct⁹ eſt:tā miſericorditer reaccēdat
vt decetero nūq̄ extiguat̄. Secūda dieſ
eſt dñica in qnquageſima q̄ dies a ple-
riſqꝫ appellatur carnis priuium:ꝛ hic ab
hui⁹ mūdi ſtultis amatorib⁹ celebris hr̄
ꝛ cū vanitatib⁹ ſupuacuis expēdit̄. Tūc
eīm amici ꝛ ſodales cōuenire cōſueuert
ꝛ ſolatia mūdana ac pitura ſibiinuicē fa
cere. In ſignū ergo ꝙ illa diuiſſima ſpō
ſa ſuo diſcipl'o dꝫ eē hoc totū qd ē gau-
dij ac ſolatij ꝛ amoris in hoc mūdo ꝛ in
futuro:iō ꝓ excitatione deuotiōis tepidi
cordis ſui faciat ſicut pri⁹. Tertia vero ē
ꝑma dies mēſis madij cū vernalis ſere
nitas oibus grata ꝛ deſiderabilis incipit
in terre germinātibus pulchre apparer̄.
Nā tunc cōſuetū ē ꝛ maxime in ptibus
ſueuie terre alemanie ꝙ adoleſcētes de
nocte ſiluas petunt:ꝛ arbores viriditate
foliorū venuſtas precidūt ꝛ florib⁹ orna
tas pre foribus locāt vbi ſe putant hēre
amicos in ſignū aicitie ꝛ fidelitatis. Sic
ergo vt ex iniquo principio cōflet̄ ſcā de
uotio:ſicut ꝛ de die prima mēſis au-
guſti noſcit̄ ab eccleſia fcm̄ eſſe hoc' qd
ab illis ꝗ puacue fit hōini mōtali ab iſtis
deuote fiat oim conditori:ꝛ tanto ſoliti-
tius q̄to hec diuiniſſima amica omnes
mortales in gratia precellere dubiū non
eſt. Unde illa die ſue chariſſime ſponſe
diuine ad excitationē ſue deuotiōis lum̄
corporale offerant vel aliquā orationem
deuotam dicāt ſeipos eideꝫ affectuoſi⁹
recomandando. Diſcipulis quoqꝫ ſapie
ſūmo cordis affectu ab ipſis honoranda
eſt illa mater ſummi regis eterne ſapien
tie que eoſdē tāq̄ proprio ſilio ſpūales ꝛ
ſpāles ſibi vult aſſumere filios ꝛ eorū cu
ram gerere materno cū affectu. Unde q
libet deuotus ſapientie diſcipulus debet
eam quotidie honorare cū ſalutatiōe an
gelica nouem vicib⁹ dicta:vnuꝫ aue ma-
ria dicat cū genuflexione ſummo mane
cum primo ſurgit de lecto omnia bona
opera ſua die illa faciēda regine celi ad
manus deuote porrigendo:vt cū tam re-
uerenda ꝛ dilecta mater ea preſentaue-
rit filio ſuo regi ſummo grata ꝛ accepta
fiant ob reuerentiā tante meditatiōis q̄
fortaſſis modica ac vilia minuſqꝫ grata
fierent imediate preſentata per manus
peccatoris. Similiter in ſero faciat poſt
eius orationes cum iam imediate ad le-
ctum eſt eundum. Et vt eo ſecurius dor
miat ab ea petat vt quicquid illa die mi
nus factum eſt per ipſam suppleatur:qd
maleſactum per ipam pie relaxet̄:ꝛ qd
benefactū eſt per eam cōſeruetur ꝛ gra
tificetur. Item ſeptē aue maria dicat cō
di genitricis dei dulciſſimo omniumqꝫ
peccatorꝫ refugio piiſſimo:vt ipſa illud
ſuauiſſimum eterne ſapientie tricliniuꝫ
cunctarum miſerationū domini depoſi
torium ſupereffluentiſſimum miſericor-
diter aperiatur:ꝛ inclinet ad omnes hu-
ius ſapientie filij ſui diſcipulos in vltimo
exitu ſpiritus ſui:vt eos tunc pie defēde-
re ꝛ ad celi palatia cōcomitare dignetur
Poſtremo vero omni anno proxima fe
ria immediante ſequente diem animaꝝ
pro eiſdē haꝝ oṙonū cōparticipib⁹ defū
ctis:ꝛ pro ipoꝝ charis amicis miſſaꝫ di-
cant qui ſunt ſacerdotes vel offerāt:aut
centū pater noſter dicant q ſacerdotes
non ſunt ſubiūgentes deuote premiſſis

orōnibus hāc ſupplicationem: vt de⁹ ⁊
dn̄s noſter per ſuā eternam ſapientiam
miſericorditer eccleſie ſue dudū tribula-
te ſubueniat: ⁊ eam ad pacē ponat ⁊ trā
quilitatē. Cōpendioſius aūt predcā reca
pitulātes: ſciendū ꝙ amatores ſeu culto
res eterne ſapiētie ſm̄ premiſſa debent
carnalez ſeu terrenū amorē qui occaſio
eſt multoꝝ malorū deſerere: ⁊ eternam
ſapiam in ſponſam ſpiritualē aſſumere:
vel deſpōſationez hanc dudū cōtractā
nouo deuotiōis affectu renouare: ⁊ ad
maiorez deuotionis icitationē tres pro-
ſtrationes in loco orōnis ſecreto facere:
cum ſe primo ad hoc offerunt. Itez pn̄t
facere ea que ſequūtur: vz quodtidie di
cere ſeptē pater noſter pro ſeptem horis
ſapientie pro qualibet hora vnū. Itez in
menſa ante ſumptionē cibi dicant vnuz
in elemoſynam ſpiritualem, pro his ani-
mabus que ſūt magis egētes in purga-
torio. Item nomini ieſu dulciſſimo vnū
contra omne malum ⁊ infortunium mē
tis ⁊ corporis ei premittendo vel ſubiun
gendo hec verba. Benedictum ſit nom̄
dn̄i nr̄i ieſu chriſti dei ⁊. g. V. m. ma. ei⁹
in eternum ⁊ vltra: ⁊ ſic erunt nūero no
uem pater noſter. Et qui habent gratiā
poſſunt ꝑ incitatiōe ⁊ gratia diuini amo
ris ieſu ſecū occulte portare. Hi aūt qui
ſciunt legere debent dicere ꝑ maiori de
uotione curſuz de ſapientia ⁊ intermitte
re ſeptem pater noſter predicta. Itez be
ate virgini cū primo ſurgunt dicāt vnuz
aue maria: vt ipſa ſit bonorum ab ipſis
ea die factorū preſentatrix: ⁊ in ſero vnū
poſt omnes orationes: videlicet cuz ſunt
in procinctu ſe deponendi: vt ſit malorū
commiſſorum ab ipſis reconciliatrix. Itē
cordi ſuo miſericordiſſimo ſeptez vt om
nium horum diſcipulorum in mortis ar-
ticulo ſit adiutrix: ⁊ hec ſimiliter erūt no
uem aue maria. Item debent prima do
minica menſis auguſti cum incipit hiſto
ria de ſapiētia: ⁊ ante natale domini dū

incipiunt ſolēnes antiphone: o ſapia ⁊c.
aliquam orationem vel memoriam ad li
bitum de ſapientia facere. Item diem
circūciſionis ⁊ dominicā in quinquage-
ſima ⁊ primā diez madij debent in ſpe-
tiali obſeqo hēc orōnez faciendo vel cā-
delam accē am offerendo vel procuran
do qbus hoc facere ꝯuenit. Et itē ꝑria
feria poſt diem aiaruz pro oib⁹ huius ſa
piētie diſcipulis defunctis ⁊ ꝑ ipoꝝ cha
ris amicis miſſam celebrare vel offerre
vel centū pr̄ nr̄ dicere ſm̄ ꝙ tunc ꝯgruit
ſtatui vniuſcuiuſqꝫ. Si vero eſſent aliq
adeo debiles vel infirmi: vel occupatio-
nibus licitis dediti vt pro tempore a pre-
dictis impedirentur: vel ſi eſſent tam du
ri cordis ⁊ ſecularis animi ꝙ propter eo
rum ignauiam neſcirēt ſingula prout di
ctum eſt applicare: dicant nouem pater
noſter cum totidem aue maria: ⁊ faciāt
ſuffragium predictum: ⁊ hoc faciant illa
intentione implicite qua ⁊ ceteri explici-
te ⁊ ſufficit. Si etiaz aliqui eſſent q pre-
dicta aue maria vellent cōmutare in to-
tidem ſalue regina: ⁊ illud pater noſter
quod in menſa dicitur ante cibum pro
animabus in pſalmum deprofundis: be-
ne facerēt ad honorem ſapientie eterne
que eſt benedicta in ſecula. Sapien-
tia. Porro vt ad propoſitū nunc pau
lulum redeamus conſiderare libet ꝙ h
mea inquit diuina ſapientia perutilis do
ctrina ſimplicitate quidem ſermonis in-
culta: ſed re vera omni ſpirituali fructu
operoſe fecunda tibi erit deuotione pre-
cipua ſuſcipienda. Nam vt ipſe cernis ⁊
experiri potes per eam feruor deuotiōis
accenditur: cultus diuinus ampliatur:
proximus vtiliter edificat̄: ſz ⁊ animabus
in locis purgabilibus degentibus piū in
de auxiliū confertur: nulliqꝫ niſi forte in
uido detractori vel impio derogatori ha
bentibus intellectum obcecatum ⁊ affe
ctum induratum poterunt hec iuſto ex
amine probata diſplicere. Ordine igitur

charitatis ꝺbite ħ ꝑuato exiñ ꝑmo ꝺeuo
tõez tibi haurias: ꝺeiñ ꝓximoꝝ ꝓuideas
animaruꝫ ſaluti. Fructus multiplex
ꝺiuine bñdictõis quẽ ꝺiſcipuli ſapie me-
reꝭ accipe ex ei⁹ ꝺeſpõſatiõe. Ca. viij.

Cum aurora finẽ ꝺaret ⁊ tps ħ io-
cũdũ nocturnis cũ gaudijs ⁊ fe-
ſtiuiſ laudib⁹ i hui⁹ ꝺulciſſime ſpõ
ſe ꝺie felici allocutiõe ipẽſuꝫ finẽ hẽret
ſã qꝫ ꝺiſcipul⁹ q ꝺiuis iteriꝫ vacauerat cõ
ſpectib⁹ ad exterioꝛa opa laboꝛioſa voca
reꝭ ſõnũ qꝫ hui⁹ gētiſſime cõtẽplatõis ⁊ i
terne ſuauitatis iterrũpere obie ſtimulis
vrgereꝭ: tot⁹ ad ꝺilectã ꝯuerſus ⁊ i amo
ris lachꝛymas reſolut⁹ i oſcula ſcã ruẽs
ei quã ꝺiligebat aĩa ei⁹ pꝛecoꝛdialiſſime
vale ꝺixit crebꝛoqꝫ bꝛachijs amoꝛis affe
ctuoſiſſime eã ſibi ſpõſaꝫ ſpũalẽ cõſtrin-
gẽs ſuſtinuit quaſi hoꝛã ꝺimidiã ⁊ talia
iter q̃ruloſa vale ꝺictiõis verba voce ſb-
intulit ꝺicẽs. Nũc ẽ ꝑmo me⁹ ad te ꝺiri-
giꭋ. O ꝑcoꝛdialis amoꝛ coꝛdis mei: cui ſo
li me totũ cõmiſi cupiẽs ħ i euũ ꝑpetua-
ri. Gratias tibi ꝺilecte refero ꝓ his ⁊ ali
is innumeris bñficijs a te ex grã ſola col-
latis: tibi la⁹ ⁊ gloꝛia i ſecula. Te obſec°
ītimo coꝛdis ⁊ ignito ꝺſiderio ꝑ viſcera
miſcoꝛdiaꝝ tuarũ ⁊ ꝟtutẽ ſãguis roſei
quẽ abũde i tua paſſiõe ꝓ hũani generiſ
redẽptõe effudiſti: vt hos oẽs q te eternã
ſapiaꝫ ꝺecreuerit mõ ꝑfato ꝺiſpõſare te
qꝫ voluerit collẽ cũ ꝑmiſſis oꝛonũ ꝺeuo
tis exercitijs ſeu etiã hec eaꝺ fidelib⁹ ſtu
duerit cõicare vt iq̃ hos oẽs bñdictione
ſalutari bñdicas rex me⁹ ⁊ ꝺe⁹ me⁹. Tu
nãqꝫ es fruct⁹ ille bñdict⁹ oliꝫ mũdo re-
pꝛomiſſus i ħ ſinglr ꝑuilegiat⁹: vt cuicũ-
qꝫ tu bñdixeris ſit ille bñdict⁹. Benedic
ergo pr̃ mi pueris tuis amatoꝛib⁹ vꝫ ac
ꝺiſcipulis tuis bñdictõe oĩuꝫ pr̃iarcharũ
⁊ cũctoꝛũ electoꝛuꝫ tuoꝝ q tibi ab initio
placuerũt: vt eoꝛũ tãdẽ felici numero cuꝫ
gaudio aggregeꭋ. Inuoceꭋ q̃ſo nomen
tuũ amabile ⁊ glĩoſũ ſup eos: vt ſit eis i
ꝓtectõꝫ ſalutis i cũctis hui⁹ mũdi varijs
vite ꝑiculis. Tua eterna ſapia eos in agẽ
dis ꝺirigat. Angelus pacis ipos cuſtodi-
at: ⁊ ꝓſpitas aĩe ⁊ coꝛpis eis arrideat ſa
lutaris. Da eis ꝺñe locũ pnie: vt ꝑ veraꝫ
cõtritionẽ ⁊ purã cõfeſſiõeꝫ atqꝫ ſatiſfa-
ctionẽ ꝑfectã añ moꝛtẽ ſuã ad te ſuũ cre
atoꝛẽ ꝯuẽtãꭋ tibiqꝫ ꝑfecte recõciliẽꭋ nec
nõ ⁊ ſacroſci coꝛpis tui ꝑceptõne pꝛo via
tico in extremis laboꝛãtes muniãꭋ: ita
vt nequaq̃ ſubitanea ⁊ impꝛouiſa moꝛte
ac indiſpoſita pꝛeoccupentur. Fac eis
ꝺomine pꝛopter nomẽ tuum grãm hãc
vt ſicut nũc ꝑ hec ꝺeuota exercitia tibi ſa
mulantur: ſic in hoꝛa extrema ſue expira
tionis a te benedicantur ⁊ a tua ꝺulciſſi-
ma matre: matre inq̃ miſericoꝛdie ad re
gna glorioſa perducanꭋ vbi in celeſti pa
tria ſancta illa agmina bonoꝛũ ſpũuꝫ p⁹
pñtis incollatum miſerie ab vbertate ꝺo
mus ꝺei feliciter inebꝛiantur: te regeꝫ glo
rie ꝺominumqꝫ virtutũ i ꝺecoꝛe tuo con
ſpicientes ieſum chꝛiſtum ꝺominum no-
ſtrũ. Qui cũ pr̃e ⁊ ſpũ ſcõ viuit ⁊ regnat
in ſecula ſeculoꝛum. Amen.

Explicit liber qui intitulatur hoꝛologi
um ſapiẽtie editus a beato hẽrico cogno
mento ſiſo oꝛdinis ſacri ꝑdicatoꝛũ myſti
co noie appellato a ſapia i ſeptio capitu
lo ſecũdi libꝛi huius opis amandus. Hic
beatiſſim⁹ vir multa miracula fecit: ⁊ fu
it pñtatus ad canonizãdũ cũ ſcõ thoma
ꝺe aquino eiuſdẽ oꝛdinis: cui⁹ ſacrũ coꝛpus
requeſcit añ altare ſancti petri martyris i
conuentu vlmenſi pꝛouincie alemanie.
Claruit aũt pꝛefatus ꝺoctoꝛ anno gratie.
M.ccc. Impꝛeſſus venetijs per Pe
trũ ꝺe querengijs ꝺ palazago. M.cccc.
lxxxxij. ꝺie. xxiiij. menſis Januarij. Augu-
ſtino barbadico inclyto pꝛincipe venetia
rum regnante.

Regiſtrum.

a.b.c.d.e.f.g.h. Oẽs ſunt quaterni.
pꝛeter. h. qui eſt ꝺuernus.

Incipit curſus ſeu officium de eterna ſapientia compoſitū a beato Henricho ſyſo ordinis predicatorū. V. Salutē mē tis ⁊ corpis dōet nobis ieſus ſapia pris. Domine labia mea ⁊c. De⁹ i adiutoriū. Inuita. Eterne ſapie fontē adoremus. Et p gloria nois eius iubilemus. Ps. Uenite. Eterne. Glia. Et pro gloria. Hymnus. Jeſu dulcis memoria: dans vera cordis gaudia: ſz ſuper mel ⁊ oia eius dulcis pñtia. Nil canit ſua uius: auditur nil iocundius: nil cogitatur dulcius: q̄ ieſus dei filius. Jeſus ſpes penitentium q̄ pius es petentibus: q̄ bon⁹ te querentibus ſed quid inuenientibus. Eterna ſapientia tibi patriq3 gloria cu3 ſpū paraclyto i ſēpiterna ſcl'a. Am. Ps. Jubilate deo omnis terra pſalmū dicite nomini eius. date gloriam laudi eius. Dicite deo q̄ terribilia ſunt opera tua domine: in multitudine virtutis tue mentiētur tibi inimici tui. Omnis terra adoret te deus ⁊ pſallat tibi: pſalmū dicat nomini tuo. Glia. An. Sapientia edificauit ſibi domum: ſcidit colūnas ſeptem: ſubdidit ſibi gentes: ſuperborum ⁊ ſublimium colla propria virtute calcauit. V. Ego autem in domino gaudebo. R. Et exultabo in deo ieſu meo. Pater noſter. Benedictio. Jeſus ſapientia patris depellat cuncta aduerſā tis nobis. Lectio prima. Sapientia eterna ſplendor glorie ⁊ figura ſubſtātie patris: qui vniuerſa de nihilo creaſti ⁊ vt hoie3 ad paradiſi gaudia reduceres in hāc vallem miſerie deſcendiſti eiq3 viam redeūdi per tuam dulciſſimam conuerſationē demonſtraſti ⁊ pro ſatiſfactione cunctorum tanq̄ agnus innocens patri immolari voluiſti: aperi per tua3 pretioſā mortem cor meum vt te regem regum ⁊ dominum dominantium oculis integrē fidei ſemper aſpiciam. Pone meam i tuis vulneribus pñiam: in tuis ſtigmatibus ſapientiam vt vlterius in te ſolo charitatis li° ⁊ morte tua proficiam ⁊ omnibus mutabilibus deficiam: ita vt ego ī ego hic tu in me ⁊ ego in te indiſſolubili vinculo amoris eternaliter maneamus. Tu autem domine. R. Emitte domine ſapientiā de ſede magnitudinis tue vt me cum ſit ⁊ mecū laboret. vt ſcientia quid acceptu3 ſit cora3 te omni tempore. V. Da mihi domine ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiā. Ut ſcia3. Bndictō. Eterna ſapientia cuſtodiat corda ⁊ corpora noſtra. Lectio ſecunda. Jeſu mi dulciſſima ⁊ feliciſſima ſapia verbū pris finis ⁊ pncipiu3 oiu3 entiū: piis oculis q̄ſo me intuere q: puluis ſu3 ⁊ caro ⁊ q nō ſū volētis neq3 currētis ſed tui miſerētis. Recogita obſecro amariſſimā paſſionē quā p me idigno pctōre ptuliſti ⁊ bonā volūtate3 a te incohatam pie cuſtodias. O miſericordia mea ne derelinquas me. O refugiū meū ne diſceſſeris a me. O liberator me⁹ itēde i adiutoriū meū: ⁊ me huic mundo mortuo i ſepulchro tuo tecum ſepellias ⁊ ab oibus inimicorum inſidiis abſcondas vt me a te nec vita nec mors nec vlla fortune ſors ſeparet ſed p maneat morte fortior amor noſter nunc ⁊ in euum. Tu aute3. R. Da mihi dñe ſedium tuarum aſſiſtricem ſapia3 ⁊ noli me reprobare a pueris tuis. Q̄m ſeruus tuus ſu3 ego ⁊ filius ancille tue. V. Mitte illā a ſede magnitudinis tue vt mecu3 ſit ⁊ mecū laboret. Q̄m. Bndictio. Dono ſapie ⁊ intellectus impleat nos ſpiritus ſanctus. R. Amē. Lectio tertia. Refugium meū ⁊ liberator me⁹ per imenſu3 amorē qui te i patibulo crucis amariſſima3 mortem pro me ſubire coegit: peccata q̄ ego imūdus pctōr cōmiſi miſericorditer idulgeas ⁊ cōmitendis ⁊ a cunctis piculis in vlnere lateris tui pie me cuſtodias. Greſſus meos in huius vite fluctibus ad ſanctu3

ſinē dirigas ⁊ ad cōſpectū glorie tue me
puenire cōcedas. Tu aūt. ℟ Sup ſalu-
tē ⁊ oēs pulchritudinē dilexi ſapiaʒ ⁊ p-
poſui p luce habere illā. venerūt āt mihi
oīa bona pariter cū illa. ℣ Dixi ſapie ſo
ror mea es: ⁊ prudētiā vocaui amicā me
am. Ue. G. Ue. Canticum.
t U rex glorie xpe. Tu pris ſem-
piternus es fili⁹ ⁊c. Uſqʒ ī finem
ī laudibus. ℣ Salutē mētis ⁊ corpis.
℟ Doet nob ieſ⁹ ſap ia pils. ℣ De⁹ i ad
iuto. pdictus. ℣. f. Salutē. Dimittet āte
pmā ⁊ ad oes horas pſalmus.
l Audate dn̄m oēs gētes: laudate
eū oēs populi. Qm̄ cōfirmata
ſup nos miſicordia ei⁹: ⁊ veritas dn̄i ma
net in eternū. Glia pri. an̄. Sapia cla-
mitat i plateis ſi qs diligit ſapiaʒ ad me
decliet ⁊ eā iueniet: ⁊ eā cū iuenerit bea
tus erit ſi tenuerit eā. Cap.
h Anc amaui ⁊ exqſiui a iuuentute
mea ⁊ queſi mihi ſpōſā aſſumere
⁊ am ator fact⁹ ſum forme illi⁹. ℟. Deo
gras. Hymnus.
i Eſu rex admirabilis ⁊ triūphā-
tor nobilis: dulcedo ieffabilis: to-
tus deſiderabilis. Nec lingua pōt dicē
nec lrā exp̄mere: exptus pōt credere qd ſit
ieſum diligere. Amor ieſu cōtinu⁹: mihi
lāgor aſſidu⁹: mihi ieſus melliflu⁹: fruct⁹
vite ppetu⁹. Eterna ſapia. ℣. Sapien
tia requieſcit i corde ei⁹. ℟. Et pruden-
tia i ſmone oris illi⁹. Ad bn̄. an̄. O ſapia
q̄ ex ore altiſſimi pdiſti attigēs a fine vſ-
qʒ ad finē fortiter ſuauit qʒ diſponēs oīa
veni ad docēdū nos viā prudētie. Oratio
d Eus q p coeternā tibi ſa piaʒ ho-
minē cū n̄ eēt ɔdidiſti pdit ūqʒ mi
ſicorditer reformaſti pſta qs: vt
eādē corda noſtra te iſpirāte tota mēte
amem⁹ ⁊ ad te toto corde curram⁹. p eū.
Ad primam. Hymnus.
a Mor ieſu dulciſſim⁹ ⁊ vere ſua-
uiſſim⁹ pl⁹ milies gratiſſim⁹ qʒ di
cere ſufficimus. Jeſu dec⁹ angelicū: i au
re dulce cāticū: i ore mel mirificū: i cord
nectar celicū. Jeſu mi bone ſētiā amo-
ris tui copiā: da mihi p p̄ntiaʒ tuam vi-
dere gloriam. Eterna ⁊c. ps.
a Uditā fac mihi mane miſicordiā
tuā: qz i te ſpaui. Notā fac mi-
hi viā i q̄ ābulē: qz ad te leuaui aiaʒ me
aʒ. Eripe me de inimicis meis dn̄e ad
te cōfugi: doce me facere volūtatē tuaʒ
qz de⁹ meus es tu. G lia pri. an̄. Ego
diligētes me diligo ⁊ q mane vigilauert
ad me inuenient me. Capitulum.
s Apia vincit malitiā: attigit a fine
vſqʒ in finē fortiter ⁊ diſpōit oīa
ſuauit. ℟. Jeſu xpe ⁊c. ℣ Qui
nat⁹ es. Glia. Jeſu. ℣ Exurge dn̄e ⁊c.
Ordā nr̄a qs dn̄e eterne oro.
c ſapiētie ſplēdor illuſtret quo mū-
di hui⁹ tenebris caret valeamus
⁊ pueniam⁹ ad p̄riam claritatis
eterne. Per eūdē. Ad tertiā hymnus.
t Ua ieſu dilectio grata mētis re-
fectio: replēs ſine faſtidio dās fa
mē dſiderio. Qui te guſtāt eſu
riūt: q bibūt adhuc ſitiūt: deſiderare ne
ſciūt niſi ieſuʒ quem ſitiūt. Deſidero te
milies: mi ieſu qn̄ venies: qn̄ letū me fa-
cies: me de te qn̄ ſaties. Eterna ſapia
tibi priqʒ gloria cū ſpū paclyto ⁊c. ps.
s Pūs tu⁹ bon⁹ deducet me i ter
raʒ rectā: pp nomē tuū dn̄e viu
ficabis me i eqtate tua. Educes
de tribulatiōe aiaʒ meā: ⁊ i miſericordia
tua diſpdes inimicos meos. Et perdes
omnes qui tribulāt animam meā: quo-
niam ego ſeruus tuus ſum. Gloria pa-
tri. an̄ fili concupiſcens ſapiētiam cō
ſerua iuſtitiā ⁊ prebebit eam tibi domi-
nus. Capitulum. Hanc amaui ⁊c. ℟.
Ego autem in domino gaudebo. ℣.
Et exultabo in deo ieſu meo. Jn. G.
Ego. ℣. Sit nomē domini benedictū
℟. Ex hoc nūc ⁊ vſqʒ in ſeculum. oro
Deus qui coeternā ⁊c. Ad ſextā hymn⁹
i Eſu ſūma benignitas: mira cor-
dis iocunditas: incōprehēſaqʒ bo
nitas tua me ſtringat charitas.

B onū mihi diligere ieſu3 nil vltra que
rere: mihi pꝛius deficere vt illi queā vi
uere. J eſu mi dilectiſſime ſpes ſuſpirā
tis anime te q̄runt pie lachꝛyme ⁊ clamoꝛ
mētis intime. E terna ſapia tibi patriq3
gloꝛia cum ſpiritu paraclyto ⁊c. Ps.
Nima nr̄a ſuſtinet dn̄m: quoni
s am adiutoꝛ ⁊ ꝓtectoꝛ noſter eſt.
Q nia i eo letabitur coꝛ meū ⁊ in
noīe ſcō eius ſpauim⁹. F iat miſericoꝛdia
tua dn̄e ſup nos queadmodū ſperauim⁹
i te. Glia pr̄i. an. Dn̄s poſſedit me: i ini
tio viarū ſuarū an̄ q̄ q̄c q̄ faceret a pꝛinci
pio dicit dn̄s. Capitulū.
c Andoꝛ ē enim lucis eterne ⁊ ſpe
culū ſine macula diuie maieſtatis
⁊ imago bonitatis illius. R. Sit nomen
dn̄i Benedictū. V. Ex hoc nūc ⁊ vſq3
i ſeculū. Bn̄. G. Sit. V. A ſolis oꝛtu vſq3
ad occaſu3. R. Laudabile nomen dn̄i.
Xaudi nos miſeꝛicoꝛs de⁹ ⁊ oꝛo.
e mētib⁹ nr̄is ſapie tue lumē oñde
⁊ te ſup oīa diligē cōcede. p eū.
Uocuq3 loco Ad. ix. hymnus.
q fuero ſp ieſu3 deſidero: q̄ let⁹ cū
iuenero: q̄ felix cū tenuero. T ūc
āplex⁹ tūc oſcula q̄ vicūt mellis pocula:
tūc felix xp̄i copula ſ3 i his pua moꝛula.
J am qd̄ q̄ſiui video: qd̄ cōcupiui teneo
amoꝛe xp̄i langueo ⁊ coꝛde totus ardeo
E terna ſapia. pſalmus.
c Oꝛ mundum crea in me deus ⁊
ſpm̄ rectum inoua i viſceribus
meis. N e pꝛoijcias me a facie tua: ⁊ ſpi
ritum ſcm̄ tuū ne auferas a me. R edde
mihi leticiā ſalutaris tui ⁊ ſpū pꝛincipali
cōfirma me. Gloꝛia. an̄. Mecdu3 erant
abyſſi ⁊ ego pturiebar: quando ꝑpara
bat celos aderā cū eo cuncta compones
Apientia ſpōſioꝛ Capitulum.
s ſole ⁊ ſuper oēm diſpoſitionem
ſtellarum: luci cōparata inuenit
pꝛioꝛ. R. A ſolis oꝛtu: vſq3 ad occaſu3. V.
Laudabile nomen dn̄i. vſq3. G. A ſolis.
V. Sapia requeſcit i coꝛde e⁹. R. Et pꝛu
dentia i ſermone oꝛis eius. Oꝛatio.

Nfunde queſumus domine coꝛ
i dibus noſtris lumē ſapientie tue
vt te veraciter agnoſcamus ⁊ fi
deliter diligamus. p eū. Ad veſpas ps.
Edemptionem miſit domin⁹ po
r pulo ſuo mandauit in eternū te
ſtamentum ſuum. S anctum et
terribibile nomen eius initium ſapientie
timoꝛ domini. J ntellectus bonus oib⁹
facientibus eum: laudatio eius manet in
ſeculum ſeculi. Gloꝛia. an. Omnis ſapiē
tia a domino deo eſt ⁊ cum illo fuit ⁊ ē
ante euum. Capitulum. Hanc amaui ⁊
exquiſiui ⁊c. Hymnus.
Eſu ſole ſerenioꝛ ⁊ balſamo ſua
i uioꝛ: omni dulcoꝛe dulcioꝛ: pꝛe cū
ctis amabilioꝛ. T u mentis dele
ctatio: amoꝛis conſumatio: tu mea glo
riatio: ieſu mundi ſaluatio. J eſus auc
toꝛ clementie: totius ſpes leticie: dulco
ris fons ⁊ gratie vere coꝛdis leticie.
E terna ſapientia. V. Ego autem i do
mino gaudebo. R. Et exultabo in deo
ieſu meo. Ad Magnificat. an̄. Oꝛiens
ſplendoꝛ lucis eterne ⁊ ſol iuſticie veni ⁊
illumina ſedentes in tenebꝛis ⁊ vmbꝛa
mōtis. Oꝛatio. Deus qui coeterna3 ⁊c.
Ad completoꝛium pſalmus.
Llumina oculos meos ne vnquā
i obdoꝛmiam in moꝛte: nequan
do dicat inimicus meus pꝛeualui
aduerſus eum. Q ui tribulant me exul
tabunt ſi motus fuero: ego autem in mi
ſericoꝛdia tua ſperaui. E xultabit coꝛ me
um in ſalutari tuo: cantabo domino qui
bona tribuit mihi ⁊ pſallam nomini do
mini altiſſimi. Gloꝛia. an̄. Ego in altiſſi
mis habito ⁊ tronus meus in colūna nu
bis. Capitulum.
Oblectatem ⁊ ſapientiam do
s cet ⁊ iuſticiam ⁊ veritatem: qui
bus nihil vtilius eſt in vita ho
minibus. R. In pace in idipſum. Doꝛ
miam ⁊ requieſcam. V. Si dedero ſō
nu3 oculis meis ⁊ palpebꝛis meis doꝛmi
tationem. Doꝛ. G. In. Hymnus.

Eſu i pace ſperat qui oēm ſenſū
i ſupat: hūc mea mēs deſiderat ⁊
illo frui ꝓpat. Te celi chorus
ꝑdicat ⁊ tuas laudes replicat: ieſus orbē
letificat: ⁊ nos deo pacificat. Jſus ad
patrē rediJt: celeſte regnū ſubiJt: cor me/
um a me tranſijt poſt ieſum ſimul habi/
it. Eterna ſapia. ℣ In pace factus eſt
locus eius. ℟ Et habitatio eius in ſyō.
Ad nūc dimittis. an. O rex glorioſe q in/
ter ſanctos tuos ſemp es laudabilis ⁊ tñ
ineffabilis: tu i nobis es dñe ⁊ nomē ſcūz
tuum inuocatum eſt ſuper nos: ne derelin
quas nos de⁹ noſter vt i die iudicij nos
collocare digneris inter ſcōs ⁊ electos tu
os rex benedicte. Oratio.

Ragilitatē nraz q̄s dñe ꝓpiti⁹ re
f ſpice ⁊ saporē nobis eterne ſapie
benign⁹ infunde: vt eius dulcedine
melliflua ꝑguſtata oia terrena valeam⁹
deſpicere ⁊ tibi ſummo bono ardenti de
ſiderio iugiter adherere. per eundez do.

Miſſa in honorē ſapie.

I Ex dñi irreprehenſibilis conuer/
tēs aias: teſtimoīū dī fidele ſapiaz
preſtans puulis. ℣ Celi enarrāt gloriā
dei: ⁊ opera manuū ei⁹ anūtiat firmamē
tum. Gloria patri ⁊ filio. Oro. Deus q
coeternam vbi ſupra. Epiſtola.

Jxit ſalomon: deus patrū noſtro
d rum ⁊ dñe miſericordie q feciſti
oīa verbo tuo ⁊ ſapiētia cōdidiſti
homīē vt dñaret creature tue q̄ a te fcā
eſt ⁊ diſponat orbē terrarū i equitate et
iuſticia ⁊ i directione cordis iudiciū iudi/
cet da mihi ſediū tuarū aſſiſtricē ſapien/
tiā ⁊ noli me reprobare a pueris tuis qm̄
ſeruus tuus ſum ego ⁊ filius ancille tue
℟ Propitius eſto dñe pctis nrīs neqn̄
dicāt gētes vbi eſt deus eoꝝ. ℣ Adiuua
nos deus ſalutaris noſter ⁊ propter ho/
norē nois tui dñe libera nos. Alleluya.
℣ Dñs ſapia fūdauit terrā: ſtabiliuit ce
los prudentia. Secundum mattheum.

In illo tpe. Rñdens ieſus dixit.
i Cōfiteor tibi dñe pater celi ⁊ ter/
re q: abſcōdiſti hec a ſapientib⁹ ⁊ prudē
tibus ⁊ reuelaſti ea paruulis. Ita pater
qm̄ ſic fuit placitū ante te. Oīa mihi tra
dita ſunt a patre meo. Et nemo nouit fi/
lium niſi pater neqꝫ patrē qs nouit niſi fi
lius ⁊ cui voluerit filius reuelare. Venite
ad me oēs qui laboratis ⁊ onerati eſtis
et ego reficiā vos. Tollite iugū meū ſup
vos ⁊ diſcite a me q: mitis ſū ⁊ humilis
corde ⁊ inuenietis requiem aiabus vrīs.
Iugum. n. meum ſuaue eſt ⁊ onus meū
leue. Offer. Juſtitie domini recte letificā
tes corda ⁊ iudicia eius dulciora ſup mel
⁊ fauum. Secreta.

Anctificet q̄s dñe de⁹ huius nre
s oblatiōis munus tua cooperante
ſapientia vt tibi placere poſſit ad
laudē ⁊ nobis proficere ad ſalutem. per
eundem. Cōmunio. Tu mādaſti man/
data tua cuſtodiri nimis: vtinā dirigant
vie mee ad cuſto. iu. tuas. Poſt co. oro.

Infunde q̄s dñe deus p hec ſa/
i cramenta q̄ ſumpſim⁹ tue cordi/
bus nrīs lumē ſapiētie vt te vera
citer cognoſcamus ⁊ fideliter diligam⁹.
per eundem. Centū meditatiōes cum. c.
orationibus nuper paſſionē dñi nrī ieſu xpī
ſm beatū henricū ordinis predicatorum
pertinentes ad horologiū ſapientie vt in
primo prologo ipſius horologij patet. ꝑ/
ma meditatio.

Ulciſſime domīe ieſu chriſte cre
d ator ineffabilis: qui mirabiliter ho
minem creaſti ⁊ mirabilius rede
miſti paſſiōibus tuis ineſtimabilib⁹ atqꝫ re
pletis virtutibus meritis ⁊ documentis
quos flagito imprimi in anima mea ad
hec ſitibundus propter tuam immenſaz
clementiam ⁊ earum virtutes ac etiam
propter reuerentiam ⁊ interceſſionē tue
dulciſſime matris eas in ſuo ſacratiſſimo
pectore geſtantis. Et qui ad eas cōplen/
das quando tranſiturus eras ex hoc mū
do ad patrem tranſire dignatus es trāſ/
torrentem cedron dolorē inutilē interp/
tatum: per hoc nobis innuens q qui te

voluerit ſequi ⁊ particeps tuarū paſſionū
eſſe neceſſe hebit relinqere mundanas
affectiones. oratio.
f Ac me q̄ſo te ſeq cū diſcipulis tuis
traſtorrentem mūdanū ⁊ tecū qui-
eſcere in hortū religiōis ⁊ obſeruātie q̄
diu vixero nec inde reuerti retroſpiciēdo
mēte aut corpe vt apt⁹ efficiar regno di
e T qui ibidē incepiſti medita° .2°.
triſtis ⁊ meſt⁹ eſſe vſq3 ad mortez.
p Laceat tibi mihi cōcedeř tri- orō.
ſtitiam ſalutarem ⁊ vitare ineptas
letitias me a duotiōe retrahētes: vt fina
liter poſſiz obtinē btitudinē hic lugētiū.
e T q oratur⁹ elōgari ali- medita° .3.
q̄ntuluz ab apl'is voluiſti: tres ex eis
aſſumē°: vz petrū: iacobū ⁊ ioānez: oſtē
dēs tres eē comites orōnis.ſ.firmā fidē
ɔtēptū mūdanorū ⁊ grām. oratio.
c Oncedē mihi digneris i orōnibus
meis firmā fidē: eleuationē mētis ⁊
grāz atq3 iſtātiā orādi pp reuerētiaz ⁊
virtutē tue pſeuerātis orōnis atq3 inter
uentū ⁊ imitationē dcōꝝ diſcipulorum.
e T q tātū timuiſti qn̄ medita° 4.
ſēſualitati tue impſſiſti tā terribilia
tormētorū gnā tibi in pprio ſupuētura:
nā tua delicata nāliter illa horrēte vt ſo
la cogitatio te ſudař ſāgniez cogēt. ō
f Ac me q̄ſo ſp hre mortez pre oculis
mētis: ⁊ eā expectare cū tali p̄para
tione vt cū aduenerit ſecure ⁊ gaudens
eam recipiam. meditatio.5.
e T q ſcēs i agōia ɔfortationē āgli
recipe dignat⁹ es: lz nō idigēs orō.
f Ac me p grām tuā ɔfortari ⁊ dirigi
per angelum tuum mihi deputatū
q̄diu vixero in iſtis tenebris ⁊ periculis
e T qui libere volun- meditatio.6.
tatem tuam voluntati patris com-
miſiſti dicendo. non mea voluntas ſed
q Ueſo clemētiā tuā orō. tua fiat.
vt volūtatē meā reluctantē: rebellē
⁊ i rebelliōib⁹ aſſuetā talr dirigē digne
ris q i oī effectu ſēp dicā ex affectu cuz
patia volūtaria nō mea voluntas ſz tua

e T pp reuerētiā medita° .7. fiat.
⁊ virtutē tante ſollicitudīs quā ge-
rebas erga aplos tuos vt ēt iterrūperes
orōnē tuā ad eos exortādos ne intrarēt
in tentationē. oratio.
Laceat tibi mihi cōcedere tantā ſol
licitudinē ꝓximorū q ſi videā aliq3
deſitiētez aut errantē ſm modulū meū
valeaz cōfortare ⁊ dirigere charitatiue.
e T q inimicis tuis te meditatio 8.
ꝑdere volētib⁹ obuiaz ꝓceſiſti qui
fugeras ppl'z te regē facē volētē. oratio
f Ac me ad imitationē tui ꝓſpa mū
di deſpicere ⁊ nulla ei⁹ aduerſa for
midare. meditatio nona.
e T q potēter īimicos tuos ſolo ver
bo ſtrauiſti dicēs ego ſum: vt eo au
dito abirēt retrorſum: vt illo timore eos
retrahēs ab eorū mala voluntate. ō.
p Laceat tibi dn̄e i me icutere timo-
rez ſuilē ⁊ p̄uiū ad filialē. medita°
e T cū cernēs eos illo timore nō- ō.
deſiſtē ab eorū mala volūtate ipſis
taliter obſtinatis q icohata itēdebāt p
ficere: eos benigne allocutus es oſtendē
do eis eoruz pericula: quia opera tene-
brarum. oratio.
p Laceat tibi mihi oſtēdere opa mea
tenebrarum per claram contritionē
vt te operante valeā illa integre ⁊ clare
confiteri ⁊ illa emēdare. meditatio.11.
T qui iudam benigne allocutus es
ēt vocando euz amicum nec ei oſ-
culum negaſti lz ficte accederet: atq3 ei
peccatum ſuū intimaſti ne confiteri eru
f Ac me queſo inimi- o. beſceret.
cos meos ſi quos habeam ſine fi-
ctione ex corde diligere ⁊ eos benigne
alloqui: nec oſculum familiaritatis eis
negare ⁊ me eis vtilem prebere ꝓ poſſe.
e T qui tam hoſtiliter medita° .12.
capi: ligari: ⁊ verberari tūc voluiſti.
f Ac me queſo amore tui ligari ō.
⁊ verberari in auſteritatib⁹ religio-
nis ſancte ⁊ obſeruantie: taliter q amo-
do non incipiam vagari niſi ſm volun-

tate₃ tuā ꝛ prelatoꝝ meoꝝ. medita° 13.
e T q petro te defendē volēti ꝛ ſta₃ vni auriculā abſcidēti ꝓhibuiſti reſiſtētia₃ faceꝛ ſ₃ ꝯuerteꝛ gladiū ſuū i vaginā ꝛ poti⁹ bonū ꝓ malo reddē ei⁹ ſa‑
p Laceat tibi ozo. nando auricula₃. mihi cōcedere grām nō reſiſtendi aduerſarijs meis ſ₃ bō₃ ꝯſiliū tuu₃ oī me petēti bōa ꝑbere:ne me defendēdo ipediar a maiozi bono. meditatio 14.
e T q nō ſolū ab extra facē reſiſtētiā voluiſti.ſ₃ nec ab itra i aīo petēdo a dō iuſtitiā aut vindicta₃ de inimicis iuria₃ faciētib⁹ dicēs petro. An nō poſſū₃ rogare pr̄em ꝛ exhibebit mihi mō pluſq̄. 12.
c Ontra ini‑ ozatio. legiōes āgloꝫ. micos ꝯcedere mihi digneris tāta₃ patia₃ in aīo ꝙ moleſtias aut iniurias equo aio pp te gaudēter recipiā. medi° 15.
c T q ab apl̄is tuis dereling vo‑ luiſti ſicut oli₃ ꝓpħa ꝑdixerat:fr̄es mei elongauerunt ſe a me. ozo.
c Oncede mihi mētis elōgationē ab amicis meis carnalib⁹ vt poſſim obliuiſcē ppl̄m meū ꝛ domū pr̄is mei ad libe‑ rius vacādū tuo ſeruitio. meditatio.16.
e T q q̄tuoz iniqs iudicib⁹ ſubijci: ꝛ ab eis īmaniter tractari dignat⁹ es ad gen⁹ hūanū liberādū pp pcm̄ ꝑmoꝝ pentū:q̄tuoz q̄terniōib⁹ ſubiectum ꝛ eis traditū crudelr̄ tractādū ꝛ cuſtodiēdu₃: quoꝛū ꝑm⁹ ē denudatio iuſtie oꝛginalis ꝛ ꝓpꝛis imoꝛtalitatis cui⁹ milites ſūt fomites retrahētes a bono ꝛ inclinātes ad malū ēt ignoꝛātia ꝛ pcm̄ Scd̄s q̄ternio ē moꝛtalitas cui⁹ milites ſūt quatuoꝛ cōplexōes ꝯ̄rie ſe ꝯtiue ipugnātes vſq₃ ad moꝛtē. Terti⁹ q̄ternio ē loc⁹ diſpoſit⁹ q ſcūs fuerat ꝓ beſtijs :c⁹ milites ſūt quatuoꝛ elemēta ſibi iuicē ꝯ̄ria. Quart⁹ q̄ternio ē tp̄s īdiſpoſitū:cui⁹ milites ſūt q̄tuoꝛ ān̄i tp̄a hoīem diuerſimode cuſtodiētia:ad quoꝛū oīum liberationē dignat⁹ es his q̄tuoꝛ iudicib⁹ ſubijci ꝛ īmaniter
n E q̄ſo in hoc cru‑ ozatio. tractari. deli cāceꝛ poſitū vinctū cathēis du ab⁹:v₃ mūdanoꝝ ſotietate retrahēte ꝛ mala ꝯſuetudine detinēte:doꝛmientē q̄s īter duos milites āglīn bonū ꝛ malū dīgneris liberare āglō tuo me excitante ꝛ vſq₃ extra carcēm mūdi deducēte pp reuerētiā ꝛ virtutē tue mlt̄iplicis ſubiectio
e T qui in domo meditatio.17. nis anne dignat⁹ es examinari de tua doctrina quā oñdiſti eē bonā ēt teſtimonio eoꝝ ꝛ inimicoꝝ tuoꝝ. ozatio.
p Laceat tibi mihi ꝯcedeꝛ gr̄a₃ docēdi ſm modulū meū ꝛ hr̄e verba examinata ꝛ irrepħēſibilia. medita°.18.
e T q ibidē examinat⁹ de tuis diſcipulis tacuiſti:eo ꝙ tūc eos laudare non poteras veridice:q₂ erāt in pcō moꝛtali.
p Laceat tibi mihi ꝯcedeꝛ hāc ozo. grām vt nu lū diffame₃ indebite ſ₃ ſolū mō charitatiue apud eos q poſſunt pꝛodeſſe ꝛ nō obeſſe:nec intēda₃ eoꝝ ledere famā ſicut nole₃ meā. medita°.19.
e T q eū q tibi dedit alapā pp veritate₃ tam patiēter ꝛ benigne coꝛꝛe‑
p Laceat tibi mihi cō‑ ozatio xiſti. cedē gr̄a₃ coꝛꝛipiendi ꝓximos delinq̄ntes arguēdo:obſecrādo:increpādo cū oī patiētia ꝛ doctrina. meditatio.20
e T q adductus in domo cayphe vbi tot ipꝛopia ꝛ falſa teſtimōia audiſti
p Laceat tibi mihi ozo. nec rn̄diſti. hāc grām cōcedere vt cu₃ me diffamantib⁹ nō ꝯtēda₃:ſ₃ ſp ſtudeā locū da
e T q beatiſſi‑ meditatio.21. re irc. mu₃ petrū rōne male ſotietatis permiſiſti cadere in trinā tui negationē ad maioꝛem ſui hūiliationem. ozatio.
p Laceat tibi mihi cōcedere vitatiōe₃ ꝑuerſoꝛū ꝛ ſeq ſotietatē iuſtoꝛū vt ad eoꝛū imitationē ſanctus efficiar.
e T qui eu₃ diu in illo medita°.22. ſcelere ſtare nō permiſiſti:ſ₃ eū reduceꝛ ad ſui cognitionē duplici ſigno voluiſti: v₃ galli cantu q ꝑdicatoꝛes ſignificat ꝛ tuo ītuitu miſericoꝛdi eū reſpitiēdo. ozo
p Laceat tibi dn̄e me reducē ad emēdationē vite hoc duplici ſigno:v₃ ꝙ libēter audiā coꝛꝛectionē fr̄nā ꝛ tuo intuitu me docēte ꝛ dirigēte. meditatio.23

e T q ad flendũ amare tuã negatio
nez feciſti eũ egredi foras ne ab ali
f Ac me q̃ſo elõ oro. (is impediref.
gari a tumultu oĩuz me ipedire va-
lentiuz vt liberi⁹ valeã plangẽ pcã mea
pp tuã clem ẽtaz ⁊ intercesſionẽ ipi⁹ be
atisſimi petri:⁊ ſicut p totã vitã ſuam ne
gationez fleuit:ſic ⁊ ego q̃d i u vr ( o ei⁹
exẽplo fleã peccata mea. meditatio.24.
e T q tot verba ⁊ iniurias inũerabi-
les tã patiẽs ſuſtinuiſti. oratio.
p Taceat tibi mihi ↄcedere patiaz ne
ceſſariã ad poſſidẽdã aĩaz meã medita⁹
e T qui iter alias iiurias pmiſiſti 25
fatiẽ tuã ſpetioſã in quã ãgeli deſiderãt
ↄſpicere tã turpiter ↄſpui ad fatiẽ anime
p Taceat ti- oratio. mee decorãdã.
bi mihi ↄcedere hãc imitationez vt
amore tui ſemp deſiderem deſpicabilis
omnib⁹ appere. meditatio. 26.
e T q ẽt ad me illũinãdũz dignat⁹
p Taceat tibi dñe auẽ oro. es velari.
tere oculos meos ne videãt vanita
tes:⁊ me ↄſeruare ad vidẽduz tibi bene
e T q deriſo- medita⁹.27 placita.
rie regrebaris pphizare qs te pcuſ
p Taceat tibi mihi miſe- oratio. ſſit.
ricorditer cõcedere qd petef nõ pre
ſumo:q: ad hoc nõ ſuz dign⁹ aut diſpo-
ſit⁹:vz ſpũm pphetic futura pdicẽtẽ: ſz
ſpm gr̃e gratũ fatiẽtẽ ⁊ me docentẽ: vt
in die bonorũz ſemp ſim memor malo
ruz:⁊ in die malorũ ſemp ſiz memor bo
norũz:⁊ ſic ſemp me reddẽtẽ ſollicitum
e T qui meditatio.28. de futuris.
reuerenter capite demiſſo rñdebas
principib⁹ ſacerdotuz pp tãtã reuerẽtiã
p Taceat ti- oratio. dign tatis eoꝝ.
bi dñe mihi concedere erga p̃latos
meos reuerẽtiaz ⁊ obiam vt eis obediã
in oĩb⁹ q̃ nõ ſũt ↄtra volũtatẽ tuã:lz ali-
qñ in eis nõ pcipiã ſcitatẽ pſonalez
e T q adiurat⁹ p deuz medi⁹.29.
viuũ teipm declaſti eẽ filiũ dei:⁊ vẽtuꝝ
finalr i nubib⁹ celi.lz ſcires eos tibi non
credef:ſz ex hoc maiorẽ occaſionẽ te cõ

p Taceat tibi oro. dẽnandi recipere.
mihi ↄcedere timorẽ iurãdi imminen
te neceſitate ⁊ cũ iuſtia:iuditio ⁊ ꝟitate.
e T q pp ꝟitatẽ blaſ- medita⁹.30.
phem⁹ adiudicat⁹ fuiſti:vnde ⁊ p̃n
ceps ſacerdotũ ficte ſcidit veſtimẽta ſua.
p Taceat tibi mihi cõcedẽ nõ oratio
ſoluz nõ blaſphemare: ſz cũ audie-
ro blaſphemias nois tui aut ſcõꝝ q̃ ſcin
daz ab intra veſtimẽta aĩe mee p̃ dolorẽ
e T q ab eiſ uiſti ↄdẽ- medita⁹.31.
nat⁹ tãq̃ mẽbꝝ putridũ tradẽdũ iu
ſtitie ſeculari ad mortem. oratio.
f Ac me timẽ cẽſuras eccl'iaſticas :⁊
ſemp deſideraf ei⁹ ſuffragia ⁊ idl'gẽtias
e G q iudã pnia lz inu medita⁹.32
tili q: nõ fuit fũdata in amore ſz ti-
more pmiſiſti cadẽ in deſpationẽ. oro.
f Ac me q̃ſo ꝟe penitere d pñti ſine
retardatiõe:ne pcraſtinãdo pueni-
az ad pniam ſerotinã: ⁊ ſic hora mortis
cadam in deſpationẽ. [illegible]
e T q eũ iã deſpatũ feciſti reſtituef
p̃tiũ tue bñdcẽ vẽditionis. oratio.
f Ac me q̃ſo oĩb⁹ d̃bita reddẽ:ſiue de
d̃bita iuſtitia:ſiue ſtãtib⁹ i purgato-
rio ſuffragia:ſiue p̃ris ab eis iuſte abla
ta ⁊ q̃ erũt mihi poſſibilia ſupplẽ digne
ris miſericorditer pp reuerẽtiã tue bñdcẽ
e T q dcm̃ medita⁹.34. vẽditionis.
p̃tiũ noluiſti põi in corbonã ſz ex eo
emi agrũ figli i ſepl'turã pegrĩoꝝ. [illegible]
d Digneris me pp te i hoc mũdo mor
tuũ ſepelir i tua bñdcã paſſiõe. me
e T q cũ magno tumltu te dita⁹ 35
pmiſiſti duci ad domuz pilati alijs
te ipellẽtib⁹ alijs te plãgẽtib⁹ oro.
f Ac me q̃ſo te ſeq p opa pnialia lz a
lõge:⁊ ipoſſibilitatẽ meã digneris miſi-
e T q tã medita⁹.36. cordit̃ ſupplẽ.
tas ⁊ falſas accuſationes audiebas
nec reſpondebas. oratio.
f Ac me queſo improperia ⁊ detra-
ctiones hominum impiorum non
timere ſz per infamiam ⁊ bonam famã
ad te ſemper feſtinare. meditatio.37.

e T qui agnito ꝙ galile⁹ eēs miſſus
fuiſti ad domū herodis vbi potuiſ-
ſes liberari ſi tibi placuiſſet facere aliqua
ſigna corā indignis: quia cupiebat te ad
hoc videre. Oratio.

c Oncede mihi hāc ꝑfectionē vt pro
quibuſcūqʒ periculis vitandis aut ꝓſpis
acqrēdis nō rcqrā auxiliū malorū: ſed in
omni euētu ſemꝑ me cōmittā tue volū-
e tati. meditatio. 38.

T qui deriſorie ibidem fuiſti īdut⁹
veſte alba ī ſignū fatuitatis o ēt'na ſapia

p Laceat tibi me veſtire ſtolla Oīo
alba inocētie. ſ. ꝑ pniām reſtituta ꝛ
in ea ꝑſeuerare. meditatio. 39.

e T qui pace ꝛ amicitia cōceſſa inter
duos ꝓcipes reductus fuiſti in domum
pilati cū manu armata: vbi ſtabas inter
inimicos tuos terribilibus oculis te reſpi
cientes ꝛ īmaniter te tractātes tam paci
fice ſicut agnus inter lupos. Oratio.

f Ac me queſo eē pacificū nō ſolum
s inter bonos ꝛ pacificos: ſed etiam ī
ter diſcholos ꝛ ꝙ nulli ſim odibilis niſi
propter te. meditatio. 40.

e T qui non ſolū corā ꝓcipibus ſa-
cerdotū falſe ꝛ multipliciter accuſari di-
gnatus es ſed etiā corā iudice ſeculari: ꝛ
ſemper tacebas ꝛ patienter audiebas.

p Laceat tibi mihi concedere Oīo
hāc ꝑfcōnē vt amore tui ꝛ ī cōtē-
ptū mei libentius audiaʒ de ꝑſona mea
vituperatiōes qʒ laudatiōes ꝛ bonorū ſp
deſiderē audire laudatōes ꝛ virtutes ad
eos imitandum. meditatio. 41.

e T qui pilato volēti te liberare mul
tipliciter te excuſando: inocentiā tuā alle
gando nō applaudebas ſed equaliter te
habebas ad te excuſantē ꝛ accuſantes.

f Ac me queſo vt amore tui Oīo.
amicos ꝛ inimicos reputē mihi ſub
ſeruire equalit̄ ad vtilitatē. medi°. 42.

e T qui pilatū excuſaſti ei⁹ aleuiādo
peccatum. Oīo.

f Ac me qſo pctā ꝓximorū excuſare
ꝛ aleuiare: mea āt aggrauare ꝛ nō
declinare ī verba malitie ad excuſanduʒ
e excuſ. in peccatis. meditatio. 43.

T q te corā eo regē cōfeſſus es ꝛ re
gnū tuū n̄ eē de hoc mūdo. Oratio.

p Laceat tibi dn̄e me eligere de hoc
mūdo ꝛ āpli⁹ n̄ ſuire mamone vt li
berius ꝛ citius ī me adueniat regnū tuū.

e T qui dignatus es meditatio. 44
a deo fieri opprobriū hoīuʒ ꝛ abie-
ctio plebis: ꝛ taliter ꝙ magis peterēt ba
rabā ꝛ de te tāqʒ digniore morte clama-
rēt: tolle: tolle: crucifige eum. Oratio.

p Laceat tibi mihi cōcedere vt ad imi
tationem tue tante abiectionis ꝙ
amodo nulli me ꝓponā ſʒ poſtponā mē
te ꝛ corpore ſicut expedit mihi ī virtute.

e T qꝛ inimic⁹ hūa- meditatio. 45.
ni generis cōiecturaliter īpcogno-
ſcēs nr̄am liberationē ꝑ tuā benedictaʒ
paſſionē ꝓuenire niſus eſt eā īpedire ꝑ
vxorē pilati eiꝰ mādātē: nihil tibi ꝛ iuſto
illi: vt ſicut ꝑ euā mortē noſtrā ꝓcuraue
rat: ſic ꝑ eā īpediret nr̄aʒ ſaluationē Oīo

p Laceat tibi mihi ꝯcedē talē vitatio
nem malorū ꝙ nec ēt ſub quacūqʒ
ſcitatis ſpē qrā eas frequētare: ne aīum
meū valeāt īclinare: nec demō ꝑ earum
ſpēs me valeat tēptare. meditatio. 46.

e T qꝛ pilat⁹ credēs iudeorū malitiā
ꝛ iuidiā ꝯpeſcere fecit te in colūna
nudū ligari ꝛ flagellis acerrimis tā cru-
deliter ꝛ ieſtiabiliter ꝟberari: ꝙ a plan
ta pedis vſqʒ ad ꝟticē nō erat in te ſani
p Laceat tib. dn̄e mihi mi- Oīo tas.
ſericorditer cōceder̄ tātā deuotiōeʒ
ad tuā imēſaʒ caſtigationē ꝛ diſciplinā:
ꝙ amore huius ꝛ imitatiōe libēter ꝛ de
uote recipiā pniās ꝛ auſteritates ordinis

e T q deriſorie īdut⁹ meditatio. 47.
fuiſti veſte purpurea qꝛ dicēas te re

p Laceat tibi dn̄e me Oīo gem eē.
īduē hac veſte ſpūali: vʒ d̄uota cha

e T q meditatio°. 48 ritate ꝛ ardēti.
ad me acqrēdū coronā glīe dignat⁹
es tā crudeliter coronari ſpīca corōa

p Laceat tibi dn̄e mihi Oīo ꝛ pūgenti.
ꝯcedē tātā hūilitatē ꝙ ſi cernā me ho-
norari ꝑꝑ aliquas ꝟtutes ꝙ ille honor

ſit mihi corõa pũgens: ⁊ q̃to plus hono
rib⁹ aut virtutib⁹ extollẽ volueris: tanto
plus me humiliẽ i oib⁹. meditatio. 49.
e T lȝ pilat⁹ i pricipio te vellet dimit
ter̃ ſciẽs q̄ p iuidiaȝ te tradidiſſent
ſũmi ſacerdotes: tñ i fine ad cõplacẽduȝ
eis ↄſcia ei⁹ ↄtrariũ iudicãte te ↄdẽnauit
p Laceat tibi dñe me oõ ad mortẽ.
talr̃ radicare i bona volũtate q̄ ad
ↄplacẽtiã cuiuſq; vel timore diſplicendi
nũq̃ faciã niſi ſ3 q̄ ↄſcia dictabit te in
e T q decept⁹ medita°. 50 ſpirãte.
in hoc q̄ tã grãde pcm̃ iudei rece
perunt ſup ſe ⁊ ſup filios ſuos: ⁊ q̄ lauit
man⁹ ſuas corã pp̃lo dicẽs: inocẽs ego
ſuȝ a ſãguie iuſti h⁹ audaci⁹ te tradidit
p Laceat tibi dñe oõ volũtati eox.
me p̃ſeruare a tãta cecitate cordis:
ne p minas aut pmiſſiones mũdanorũ
aut ſub ſpe cõfitẽdi miſericordie tue au
daci⁹ pccẽ aut remiſſi⁹ iſtẽ ſeruitio tuo
e T q ſñiaȝ mortis ↄtra medita°. 51.
te iniuſte platã tã modeſte ⁊ volũta
rie accepiſti p̃ amoris magnitudie. oõ.
p Laceat tibi mihi ↄcedẽ gr̃aȝ volun
tarie acceptãdi oẽs pnias ⁊ labores
e T q p⁹ medita° 52 q̃diu vixero.
ſñiaȝ mortis ſuſtinuiſti vniuẽſã co
hortẽ malignãtiũ corã te fremẽtiũ. oõ.
p Laceat tibi dñe me tueri ⁊ defendẽ
ab iſidijs ⁊ inſultib⁹ oiuȝ iimicorũ
meox viſibiliũ ⁊ iuiſibiliũ. medita° 53.
e T q ad maiorẽ tui ↄfuſionẽ ⁊ vere
cũdiã iterũ idut⁹ fuiſti veſtimentis
tuis pprijs ad hoc vt q te nõ poſſent co
gnoſcere ex vultu tuo pulcherrio ſȝ pp
ſputa ⁊ verbera ↄturpato: aut ex forma
tui ſacratiſſimi corp̃s oli ſpecioſa p̃ filijs
hoiuȝ: ſȝ tũc lacerata ⁊ ſãguinolẽta. ſal
teȝ ex veſtimẽtis tuis te poſſẽt cognoſcẽ
euntem ad mortem turpiſſimã. oratio.
c Oncede mihi miſericorditer vt qui
ſic verecũdari dignatus es q̄ amõ
te aut ſmões tuos ñ erubeſcã. medita°
e T ſicut inter alias ↄriſiões te .54.
genufiexo ſalutabant dicentes: aue
f Ac amodo te de oõ rex iudeorũ
uote ſalutem ⁊ tibi ſeruiam i officio di
uino cũ deuotis cerimonijs pſtrationũ
⁊ iclinationũ cũ iocũditate pſalẽdo men
te corpore ⁊ ſpiritu. meditatio. 55
e T q in tã breui tpe fuiſti vitupat⁹
vbi taȝ honorifice fueras recept⁹ ⁊
rex iſrael cum tanto gaudio pclamatus
ad hoc dũtaxat vt paſſio tua verecũdior
p Laceat tibi dñe oratio appareret.
in mẽtẽ m̃am itellectũ ⁊ memoriã
tuas verecũdias ⁊ iprope͛ia iprimer̃ vt cõ
tinue poſſiȝ mẽte exire poſt te atq; i pro
peria tua portar̃. meditatio. 56.
e T q ab eodẽ pp̃lo ⁊ i eodẽ loco in
tã breui tpe honorat⁹ fuiſti: ⁊ opprobriũ
hoiuȝ fact⁹: vt dñica die clamarẽt: bñdi
ct⁹ q vẽit i noie dñi. ⁊ feria ſexta clama
rẽt: tolle crucifige eum. oratio.
f Ac me q̃ſo fauorẽ pp̃li tã modicuȝ
durãtẽ nõ q̃rere: ſȝ ſolũ in te ſpem
meã poner̃ ⁊ in te cõfidẽ. meditatio. 57.
e T q ſcãs mulieres te plãgẽtes ⁊ la
mẽtãtes dulciter ⁊ pie ↄfortaſti. d.
filie hir̃lm nolite flere ſuper me. oõ
p Laceat tibi dñe mihi ↄcedẽ fletũ ſa
pidũ q ẽ initiũ vite ſpũalis: vt quoti
die fleã pcã ppa ⁊ priox pñteȝ pegria
tionẽ ⁊ ſup oia tuã bñdictã paſſionẽ pp
tuã clemẽtiã ⁊ eax meritũ ⁊ itercẽſſiõeȝ
e T q eis vẽtura mala medita° .58
clemẽter denunciaſti. oratio.
m Ibi quoq; idig̃ pcõu notificar̃ digne
ris nũex diex mox vt ſciaȝ qd deſit
e T q tũc adeo medita° .59 mihi.
debilitatus fuiſti q̄ erat tibi ipoſſi
bile tuã crucẽ tã põderoſam portare ad
qõ ſupplendũ dignat⁹ es adiutoriũ tecũ
p Laceat tibi mihi ↄcedẽ oõ recipe.
vt me pcis honuſtũ ⁊ grauatũ pñiã
nõ valẽtẽ portar̃ ↄdignã neq; ppe vale
aȝ adiutoria aliena iplorare: vȝ ſuffragia
ſcõx: orõnes eccl̃ie ⁊ priox ⁊ ſup oia tu
aȝ imẽſaȝ clemẽtiã. meditatio. 60.
e T q te tã obſtinatũ pmiſiſti ipetuo
ſe ⁊ ignominioſe duci extra ciuita
tem ad locum ſupplicij. oratio
p Laceat tibi mihi cõcedere hãc gr̃aȝ

vt oi pigritia ⁊ retardatiōe ceſſantib⁹ ſp
diligēter ⁊ cū feſtinatiōe tēdā ad pfectō
nē iuxta meā pfeſſionē:⁊ q̄ erūt mihi di
ficilia ⁊ ipoſſibilia uirtute laboꝝ tuoꝝ mi
ſericoꝛditer ſuppleant. meditatio. 61.
e T q veſtimētis tuis ſpoliat⁹ fuiſti
vſqꝫ ad plenariā nuditatē q̄ militeſ
te vidēte ſibi diuiſerūt ludēdo ſoꝛtē mit
q Ueſo veſtimēta anie oro. tentes.
mee turpiter pdita iocādo cū de-
monib⁹ mūdo ⁊ carne reſtituere digne
ris mihi ⁊ ↄſuare ne videāt vniuerſi tur
e T q in medita. 62. pitudinē meā
cruce crucifigi ⁊ tā rigide ⁊ foꝛtiter
extēdi ⁊ ↄclauari voluiſti vt iuxta dauid
pphiam nō ſolū dinūerarēt oia oſſa tua
veꝝ ēt oia interioꝛa tua vexarēt iextiabilr
talr q oēs paſſiōes ſcōꝝ tue nō valēt cō
q Ueſo itime oro. parari nec ppe.
clemētiā tuā īmēſaꝫ vt q hui⁹ tue
paſſiōis iextiabilis tā pi⁹ ⁊ larg⁹ aliqbus
aicis tuis diſtributoꝛ fuiſti:vt interdū ex
deuotiōe ad hāc efficerēt̄ exanies:⁊ alij
crucis moꝛtificationē iugiter in ſuo coꝛ-
poꝛ p tui nois amoꝛ poꝛtarēt:mihi quo
qꝫ lꝫ minimo ⁊ viliſſimo pcōꝝ digneris cō
cedere ⁊ impmere vt virtute hui⁹ p cōti
nuaꝫ meditationē:deuotionē ⁊ imitatio
neꝫ valeā iuenire oium pcōꝝ meoꝛū re-
miſſionē:vite emēdationē:virtutū aug-
mētationē:⁊ me pducer̄ digneris ad bo
e T pp reuerē medita. 63. nuꝫ finē.
tiā ⁊ virtutē tituli triūphalis ſup ca
d Jgneris mihi oro. put tuū poſiti.
eē q verba illa ſonāt:vꝫ:ieſus nazaren⁹
rex iudeoꝝ:p⁹ ſis mihi ſanatio īfirmita-
tuꝫ ⁊ vlneꝝ: ⁊ ſic xps:ēt augmētatio grā
ruꝫ ⁊ virtutū:⁊ ſic nazaren⁹:⁊ ne ſiꝫ ace
phalus:ſis mihi rex:ne dimittas me tra
hi in repꝛobum ſenſuꝫ ſꝫ ſiꝫ de nūero ve
roꝛū iudeoꝝ nō lr̄a ſꝫ ſpū.i. veraciter te
e T q te pmi medita. 64. cōfitētiū
ſiſti eleuari in altū vt molle tui ſa-
cratiſſimi coꝛpis toꝛmēta tua iextiabilr
aggrauarētur ⁊ paſſio tua turpiſſima co
ruꝫ iudicio lōgi⁹ ⁊ a plib⁹ videret̄. oro.
q Ueſo pp reuerētiam ⁊ virtutē tue
atrociſſime exaltatiōis a terra: di-
gneris miſericoꝛditer eleuar̄ mētēꝫ meā
a terrenis ⁊ trāſitoꝛijs affectibus:nec ad
e T qui meditatio. 65. eas reuerti.
de te ſic afflicto faciebāt deriſiōes
īnūerabiles mouētes capita ſua: nec pp
hoc dimittebas attēte oꝛare prēm. oro.
p Iaceat tibi mihi ↄcedē intētionē ⁊
attētionē ſic in orone radicatā ⁊ fir
mataꝫ q pp iptinētia noia dimittā qn
hoc verſer̄ in coꝛde qd pferā i oꝛe.
e T q bꝛachia tua bñ medita. 66.
dicta voluiſti i cruce extēdi. oro.
p Iaceat tibi bꝛachia mā ſic i tuo ſer
uitio īfatigabilr extēdere q poſſis tps p
ditū redimē opib⁹ virtuoſ. medita. 67
e T q pedes tuos bñdictos īmobilr
in cruce ↄclauari voluiſti crurib⁹ tu
is bñdcis iextiabiliter extēſis. oro.
p Iaceat tibi pedes aie mee i tua cru
ce.ſpūalr ſic affigere vꝫ affectiōes ⁊ deſi
deria:q amō nō deſcēdāt ad īfima co-
gitāda ⁊ deſiderāda. medita. 68.
e T cū vidēs malitias iudeoꝝ pſeue
rare ⁊ creſcē: deriſoꝛieqꝫ dicē. alios ſal
uos fecit ſeipm ⁊c. ⁊ ſi rex iſrael ē deſcē
dat nūc de cruce vt credam⁹:⁊ ſic conti
nue captabāt aiaꝫ tuā pducere ad ama
ritudinē:nec iſtis mot⁹ ad ipatiaꝫ oñdi-
ſti charitatē tuā imēſaꝫ:talr q plus plā
gebas eoꝝ ſcelera q̄ tua vlnera:⁊ p eis
ēt nō petētib⁹ pmū Xpū tuū i cruce al-
te platū fuit p eis.d.pr̄ ignoſce eis: qa
p Iaceat tibi dñe mi oratio. n.q.f.
hi cōceder̄ grāꝫ inimicos diligendi
nō eis iputādo iurias mihi fcās vl īfien
das:ſꝫ pp pcā mea a te pma cā mihi iu
ſte.i fereti ⁊ ad vtilitatē meā ⁊ virtutem
tue oꝛonis i me accēdē charitatē ⁊ exti
guer̄ odiū digneris. meditatio. 69.
e T q ivita tua ñ ſolū cū pcōꝛib⁹ ⁊ pu
blicāis ↄuerſari ⁊ ↄue ſci dignat⁹ es:veꝝ
ēt i moꝛte cū iniqs deputari dignatus es
vñ nob pcōꝛib⁹ ſpē magnā dediſti.
p Iaceat tibi dñe me pſuare. oro.

ne i corde meo ꝯtēnaꝫ pcōꝛes q̄ſtūcūq̄ꝫ
appeāt magni:ignoꝛās q̄les ſint futuri.
⁊ēt diuitias miſicoꝛdiaꝝ tuarū. medita
e T q tā pi⁹ ⁊ ꝓmpt⁹ erau- tio.70.
ditoꝛ eras ⁊ ēē te oñdiſti ꝙ ad vnā
petitionē bōi latrōis paradiſuꝫ ꝓmiſiſti
ad hoc celit⁹ edoct⁹:non pp ſua merita
ab iniqtatib⁹ nō ceſſans ſꝫ vt extimo ab
vmbꝛa tua tract⁹ dū ipiȷ te leuarēt in al
r Ogo igit̄ tuā imēſaꝫ cle- oīo tuꝫ.
mentiā vt ſub vmbꝛa tue bñdcē paſ
ſiōis me qeſcere facias ⁊ refrigerare di-
gneris ab eſtu carnaliū ⁊ ſeculariū affe-
ctionū:vt i die obit⁹ mei audire merear
Xbū tuū ꝯſolatoꝛiū:hodie mecū eris in
padiſo:aut ſaltē i via.ſ.purgatoꝛio. me
e T q ſup afflictos pia ſep dita°.71.
geſtabas viſcera mulierib⁹ te plan
gētib⁹.aplīſq̄ꝫ diſpſis ⁊ triſtib⁹ condole
bas:ſꝫ icōpabiliter tue mr̄i bñdcē ⁊ me-
ſtiſſime oēs paſſiōes tuas i coꝛde ſuo ge
ſtāti q̄ſi ſagittas accutas q̄ ſm ſci ſyme-
onis ꝓphiaꝫ:ipi⁹ aiam tue bñdcē paſſio
nis gladi⁹ ptrāſibit oī gladio ācipiti acu
tioꝛ: eo ꝙ te pluſq̄ ſe diligēs leui⁹ i coꝛ-
poꝛe ſuo ſine ꝯpatiōe poꝛtaſſes q̄ ſic ve-
hemēter dolētē cernēs ꝯpatiebaris i im
mēſuꝫ:⁊ quodā mō doloꝝ tuoꝛū oblit⁹
ꝯſolabaris eā.d.Mulier ecce fili⁹ tuus.
O bone ieſu qd itēdebas vocādo eā mu
lierē ⁊ nō mr̄eꝫ:pfcō ſciebas ꝙ ſicut ar
monie ſonoꝛe ⁊ iocūde coꝛda triſtia red
dūt triſtioꝛa:iō cauebas eā vocare mr̄eꝫ
ne eā triſtiſſimā adhuc redderes triſtio-
reꝫ:⁊ inter vos duos ſingularit̄ verifica
bat̄ ꝓphia:foꝛtis ē vt moꝛs dilectio. oīo
i Git̄ ex meis pcoꝛdiȷs genib⁹ flexis
hūiliter ⁊ deuote pcoꝛ tuaꝫ imēſaꝫ
clemētiā vt pp reuerētiā ⁊ virtutē amo
ris vr̄i tā intenſi ⁊ doloꝝ tue dulciſſime
matris ⁊ tuoꝛū:mihi lꝫ idigniſſimo pcō-
ri ꝯcedeꝛ digneris charitatē ardētem er
ga doloꝛes vr̄os iextiabiles:⁊ de magni
tudine vr̄e charitatis tā imēſe ifundere
digneris in pectoꝛe meo frigido ſcintillā
deuotiōis ⁊ amoꝛis vt ea calefact⁹ poſſiꝫ

viuificari ⁊ pſeuerare i vita ſpūali. medi
e T q dilectiſſimā mr̄em tatio.72.
tuā loco tui ꝯmēdaſti dilectiſſimo
ioāni pp puilegiuꝫ Xgitatis. oīo.
p Laceat tibi mihi miſicoꝛdit̄ ꝯcedē
caſtitatē mētis ⁊ cōpis ſine q̄ ipoſſibile ē
tibi placere pp tuā clemētiā ⁊ itercesſio
nes ⁊ merita tue btiſſime mr̄is ⁊ ei⁹ cu-
ſtodis pcipui:⁊ ꝙ a me tollatur effectus
fomitis pci quo ad culpā. me°.73.
e T q ad oñdēdū magnitudinē tuaꝝ
paſſionū excedētiū icōpabilr paſſiōes ali
oꝝ ſcōꝝ dixiſti:de⁹ de⁹ me⁹ reſpice i me
q̄re me dereliqſti:nō ꝙ diuitas te dimi
ſit:ſꝫ q: te dimittebat agē ⁊ pati qđ tuū
erat ſicut ꝓpħa oli pdixerat:nō es auxili
at⁹ ei i bello:nec idigebas: q: aſſumēdo
nr̄os dſcūs nō aſſūpſeras fomitē iclinan
tē ad malū:aut retrahētē a bono:qđ nō
erat ſic de aliȷs ſcis:iō diuitas eos adiu-
uabat talr̄ ꝙ libētiſſime ⁊ gaudēter ſuſti
nebāt martyria lꝫ maria: tibi āt foꝛtioꝛi
iſtabat crutiatio maioꝛ ⁊ ꝓ maioꝛi cā vꝫ
ad r̄dimeñ gen⁹ hūanū abūdātiſſie. oīo
m E āt hñtē fomitē iclīantē ad malū
⁊ retrahētē a bono:⁊ qđ dteri⁹ ē aſ
ſuetū ad mōſtra pp malā ꝯſuetudineꝫ ⁊
q ſū plāta° nouella q̄ nō poſſuꝫ ꝯſiſtē ſi
ne cōtinua irrigatiōe tui adiutoꝛiȷ:digne
ris me retrahere a malo ⁊ foꝛtificare in
bono Xtute tue acerrie paſſiōis ⁊ ēt pp
merita paſſionū alioꝛū ſcōꝝ. medi°.74.
e T q pp ieſtiabiles laboꝛes ⁊ ſudo-
res atq̄ꝫ ſanguis effuſionē tm̄ ſitie
bas ꝙ d cruce tacēs clamares:ſitio:quā
ſitiꝫ potauerūt felle ⁊ aceto. oīo.
p Laceat tibi mihi cōcedere vt ſm mē
moꝛiam tue ſitis ꝙ in fame ⁊ ſiti ſic
caſtigem coꝛpus meum in ieiuniȷs mul-
tis taliter ꝙ non amplius incipiat recal-
citrare contra ſpiritum aut tuam volun-
tatem. medita°.75.
e T qui ab eterno tm̄ deſiderabas
⁊ ſitiebas ſalutē meam ꝙ illa ſitis te pie
coegit ad nos dſcēdē:⁊ i te tantum exar-
ſit ꝙ cū inextimabili deſideiro voluiſti

tam īmenſas penas ꝑ nobis ſuſtinere in
nll'o tibi parcēdo p̄ amoris magnitudīe
que ſitis adhuc durat: quā ſitim ego mi
ſerrimus peccator potaui aceto mee cor
rupte volūtatis ꝛ cibaui felle pcōꝝ moꝝ

p Lʒaceat tibi dn̄e venire ad me [ora]tio.
ꝛ pulſare ad hoſtiū ꝯſcie mee ad ce
nādū mecū ꝛ ego tecū: ꝛ ꝙ amō te refi
ciā cibꝰ ſapidis ꝛ odoriferis: vʒ virtuti
bus deuotis q̄ꝺiu vixero. [m]editacio .76

e T q opa nr̄e redēptionis ꝯpleuiſti
tā abūde ꝙ īfiniti mūdi ſi tāti eēnt
poſſēt ſaluari ſi ſe ad hoc diſponerēt i te
credēdo ꝛ tibi obediēdo. oratio.

f Ac me q̄ſo opa ſuperrogatiōis fa
cere nō ſolū adiplēdo p̄cepta ſʒ ēt
ꝯſilia tua ꝛ īſpiratiōes: vt i fine poſſiʒ di
cere Xp̄ū tuū: vʒ ꝯſūatū ē. meditacio .77.

e T q aures tuas diuias ꝑmiſiſti re
pleri blaſphemijs opprobrijs ꝛ ma
ledictiōibꝰ ad habilitādū aures meas vt

p Lʒaceat ti [orati]o. [bi ... ]audiā iubilū āglo̸ꝝ
bi obturarī aures mas ne libēt au
diāt vana ꝛ maxie ꝺtractiōes ꝛ ſcurilita

e T q oculos tuos meditacio .78. [...]tes
tuos multo lucidiores ſole obtene
brari voluiſti a nimio fletu ꝛ iopia. [ora]tio.

p Lʒaceat tibi dn̄e redigē itellectū me
uʒ i obſequū tuū: aut ēt p̄ſeruarī a ce
citate mētis ꝛ illūinarī oclo̸s cordis mei
ne vnq̄ꝫ obdormiā in morte: ne qn̄ dicat
inimicꝰ meꝰ p̄ualui aduerſꝰ eū. meditacio
.79.

e T q tēcēdo ad mōtē tātū de
bilitari voluiſti vt vix in te remanēt
[...] anhelitꝰ.

p Lʒaceat tibi dn̄e ro [ora]tio. [bo]
borarī me i iteriori hoīe: talr ꝙ pp
q̄ſcūq: tētatiōes aut infirmitates corꝑis
nō minuarī in me feruor deuotiōis.

e T q i ꝓcictu exitꝰ ſpūs meditacio .80
tui ꝑmiſiſti diabolū eē iuxta te expectā
exitū aīe tue btē vt ſolitꝰ erat de lege cōi
adhuc te ignorātē eē deū verū. oratio.

p Lʒacat tibi dn̄e me tuē ab eiꝰ laqīs
inīeris ne in exitu ſpūs mei aliquid
fūeſte repiat ſʒ ſinꝰ abrae te iubēte me

e T q morīēs meditacio .81. [...] recipiat
miraculoſe cū clamore valido ꝛ la
chrymis animam tuam patri cōmēdaſti. [ora]tio.

p Lʒaceat tibi dn̄e miſicōdiē me corꝑi
tuo myſtico icorpare ꝛ virtute tue
orōnis ſp̄s meꝰ pr̄i tuo bn̄dcō ꝛ finalr de
gr̄a tua merear i Xp̄ute tue bn̄dcē paſſi

e T q eas [m]edi[tacio] .82. [...] onis expirāe.
die ꝛ hora multis ānorū circulis ex
curſis q̄ adā mortē icurrit pomū come
dēdo mortē guſtare ꝛ ſuſtiere dignatus
es in remediū mortis eterne. [ora]tio.

p Ropt̄ reuerētiā tue acerbiſſie mor
tis q̄ꝫ ꝑ me ſuſtiuiſti amōis ardōe:
ſis mihi iola ſū i mōtis agōe. medi[tacio] .83

e T q te patiēte voluiſti ꝙ inſēſibilia
ꝑ qbꝰ nō patiebaris tibi eoꝝ crea
tori ſʒ eoꝝ modulū cōpaterēt̄ ſigna mi
rabilia ad hoc oſtēdēdo. oratio.

p Lʒaceat tibi dn̄e mihi ꝯcedere eorū
deuotā admirationeʒ ꝛ imitationem vt
qꝺ illa tūc oſtēderūt corꝑaliter: in me fi

e T q ſolē meditacio .84. [...]at ſpūaliter
tūc obſcurārī ꝛ obtenebrari voluiſti
ꝛ tenebras ingruere ꝑ tres horas. [ora]tio.

p Lʒaceat tibi in me extiguere ꝛ anni
hilare tres mūdi tenebras p̄ncipa
les: vʒ ꝯcupiam carnis ꝛ oculorū ꝛ ſup

e T q terrā tre medi[tacio] .85. [...]biā vite.
mere ꝛ velū tēpli ſcindi voluiſti vt i
cuteres inimicis tuis timoreʒ. oratio.

p Lʒaceat tibi dn̄e me docere inſtabi
litatē eius ꝓpoſam: ꝛ ſic eā deſpi
cere vt in ea timeam viuere ꝛ de ea deſi
derem exire ad ꝑueniēduʒ in terrā viuē

e T q mōumēta meditacio .86. [...]tiū.
multa ſāctorū aperiri voluiſti. oratio.

p Lʒaceat tibi conſciētiam meaʒ ple
nam cadauéribꝰ mortuoruʒ. i. pec
catorum fetidorū aperire ꝛ mūdare per
veram cōtritionem ꝛ integraʒ cōfeſſio
nem vt que quōdaʒ viua fuerunt reſur
gant: ꝛ q̄ nūq̄ꝫ viua fuerūt remittantur:
vt in ea te poſſim digne recipere. medita

e T q petras ſcidi voluiſti. [medi]tacio .87

p Lʒaceat tibi cor meū lapideuʒ
molleſcerī ꝛ mutare in cor carneuʒ
ad tibi ꝛ mandatis tuis ꝛ ſuperioribus
prompte obediendum. meditacio .88

e Tu qui post mortē tuā ꝑtioſaʒ lat⁹ tuū bñdictū apiri voluiſti dico mu-crone lancee ex quo virtutes ſacroꝝ flu xerūt ⁊ tūc tibi ōiūcta fuit ecclia ⁊ dſpō ſata: ſicut olim fuit figuratū qñ de⁹ for-mauit euā de latē ade dormiētis. orō.

p Placeat tibi mihi cōcedere virtutes ſacroꝝ mihi neccioꝝ virtute quoꝝ merear iter filios adopa ōis ānūerāi.

e Tu q miraclōſe de eo medita⁹ 89. exire voluiſti aq̄ ⁊ ſan guinē ī laua cruz ⁊ redēptionē hūani generis. orō.

p Placeat tibi miſicorditer ex hac aq̄ lauar ſcelēa mā ⁊ ſtollā māʒ ī tuo pretioſo ſanguine. meditatio.90.

e Tu q cēturionē vidētē ſigna q̄ fiebāt adeo ī fide illūinaſti: vt nō ſolū cre-deret te ſcūm ſʒ ēt filium dei. oratio.

p Placeat tibi dñe illumiare ⁊ eleuare fidē meaʒ vt nō ſolū credā magna lia q̄ geſiſti ī vita tua ſʒ ēt credā te eē eq̄ lem pr̄i ⁊ creatorē oiuʒ ẜm diuinitatē ⁊ redēptorē hūani generis q̄tū ad hūani-tatē: nō tñ duas pſōas ſʒ vnā. medi⁹.91

e Tu q ppl'ʒ pñ⁹ te deridētē adeo ī de uotiōe iſlāmaſti: vt multi reuerten tes pcuterēt pectora ſua. oratio.

p Placeat tibi dñe iſlāmare pect⁹ me um frigidū ī deuotiōe pp reuerēti-am ⁊ ꝟtutē tue bñdcē paſſiōis. medita⁹

e Tu qui hora veſpertina de cru 92. ce deponi voluiſti. oratio.

c Oncedē mihi digneris hāc grām: vt in vite mee veſpera te deponam ſpiritualiter. meditatio.93.

e Tu q p totā vitā meā te crucifixi ⁊ te nui crucifixū q̄tū in me fuit ī pcīs p ſenerādo qp amodo te deponam ab eis abſtinēdo: ⁊ ſatiſfactionē de eis faciēdo p virib⁹. orō. Placeat. medita⁹.94.

e Tu q q̄diu vixiſti ſine honoř ⁊ reue rentia reputari voluiſti ⁊ tractari a mūdanis ⁊ fugiebas honores: ſʒ p⁹ mor tē tuā ꝑtioſaʒ aīa tua glīficata: voluiſti tractari cū honore ⁊ deuore a ſcis pſōis cinñs filijs tenebrarū. oratio.

p Placeat tibi dñe me mutare in virū alterū ita vt ego iam non ego ſʒ tu in me ⁊ ego in te ⁊ q fui de nūero pſeq̄n tiuʒ te: amodo ſim de nūero te deuote ⁊ reuerēter tractantiuʒ. meditatio.95

e Tu q de cruce depoſit⁹ recipi volui ſti inter brachia ⁊ ī ſinu tue dl'ciſſi-me mr̄is ⁊ meſtiſſime faciē tuā ⁊ plagaſ tuas tenerrime deoſculantis ⁊ cū tanto gemitu cordis rugiētis vt fideles tūc tie-rent ne ī tantis doloꝝib⁹ expiraret. orō.

f Ac me q̄ſo eā iux crucē tuā aſſotia re cū deuoto fletu ſpirituali ⁊ perſe uerare q̄diu vixero. meditatio. 96.

e Tu q nō ſolū viuens inungi voluiſti vnguētis pretioſis ⁊ odoriferis ſʒ e-tiam mortuus ⁊ copioſe. oratio.

p Placeat tibi mihi ɔcedere hāc grāʒ vt te caput meū vngā vnguētis pre tioſis ſpūalibus: vʒ deuotarū affectionū ⁊ orōnuʒ atq; opum ⁊ virtutū redolen-tium vt te mitiorem ⁊ dulciorem inueni-am erga me. meditatio. 97.

e Tu qui in mundis ⁊ pretioſis linthe aminibus inuolui voluiſti o ama-tor puritatis ⁊ munditie. oratio.

p Placeat tibi cōſciam meā mundare ⁊ ſup niuē dealbare: vt in ea digne digneris hitare ⁊ ego te ſeq valeā in ve ſtibus albis. meditatio. 98.

e Tu q aīa tua btā ſepata deſcendere voluiſti ad inferiores ptes terre ad cōſolationē ⁊ liberationē iuſtoꝝ te cum ſertiabili deſiderio expectantiū ⁊ ad ma iorem punitionē damnatoꝝ. oratio.

f Ac me q̄ſo loca illa quotidie mente viſitare vt ex pena dānatoꝝ mihi incutiam ⁊ indigētib⁹ remedia pro poſſe ſubueniam. meditatio.99.

e Tu q piā litē miſerāde cōpaſſionis voluiſti eſſe inter matrē tuā tūc me ſtiſſimā te theſaurū ſuum retinere volē-tē ⁊ pſonas deuotas te ſepelire volētes.

p Placeat tibi dñe in me extin- orō. guere litem tibi nō placētem: ⁊ in me accēdere litem tib ī placentē: vʒ q̄ſul

ira ſepe tēptetur ēt zelo tuo tū ſemꝑ in
charitate terminetur. meditatio. 100

e Et qui hora cōpletoꝛij ſepelliri volu
iſti in ſepulchꝛo nouo. oꝛatio.

p Lateat tibi dn̄e miſeicoꝛdie me hu
ic mūdo ꝑꝑ te moꝛtuū ⁊ vitā meā
in te abſconditā ſepellire i tuo ſepulchꝛo
ſpūali:⁊ ibi me abſcōder ab oi īſultu ma
lignoꝛū ⁊ i vulnere lateris tui bn̄dicti pie
cuſtodire. meditatio. 101.

e Et q mrē tuā meſtiſſime ploꝛātē
a deuotis ⁊ ploꝛātib' reducere vo
luiſti in hierl'm. oꝛatio.

f Ac me q̄ſo amoꝛe ei' in tāta pat'a
viuere vt q̄ſtūcūq̄ mot' ſempꝛ rede
am in hierl'm pacificam per plenariā mē
tis q̄etationē. medita° ad xp̄ſ moꝛtuū

e Et q̄ſto defoꝛmioꝛ ꝓ me fieri 102.
voluiſti ꝑꝑ ſputa vbera ⁊ moꝛtem.

e Tanto i meis meditationibus oꝛo.
amabilioꝛ ⁊ deſiderabilioꝛ fias ſub
hac foꝛma lugubꝛi:lꝫ ocl'is egris videat
oppoſitū vt te finaliter poſſim videre in
decoꝛe tuo ienarrabili. medi° ad ſepul

e Et q ſepl'chꝛū tuū bn̄dcm turā. 103.
cuſtodiri voluiſti cū manu armata
vt ab ipis nō credētib' hērem' teſtimo
niū magnaliū tuoꝝ ⁊ ſingulariter tue re
ſurrectonis. oꝛatio

p Lateat tibi eccl'iā ſcām ſpōſā tuā
ad ei' exercitiū mltiplr īpugnatam
ab inimicis tuis pꝛotegere:defēdere ac i
ea manere vſq̄ ad cōſumationē ſeculi.
me ꝗ in ei' obediētia ꝑmāere:vt de ei'
bn̄ficijs ⁊ tuis poſſim nutriri ⁊ gaudere
in pn̄ti ⁊ in futuro ꝑꝑ reuerētiā tue bn̄di
cte ſepulture. Qui viuis ⁊ re. cū deo prē
⁊ ſpū ſancto per infi. Amen. oꝛatio.

d Dulciſſime dn̄e ieſu xp̄e q i triduo
glorioſiſſime mr̄i tue ꝓ ſingulāi
priuilegio ꝯtuliſti icōparabil'r dolo
res tue paſſiōis bn̄dcē poꝛtare ⁊ cū hoc
ieſtiabile deſideriū te vidēdi gl'oſū i re
ſurrectiōe i q̄ ēt tota fides remāſit alijs
oibus i pte vel i toto eā ꝑdētib':placeat
tibi miſericoꝛditer mihi ipartiri doloꝛes
paſſiōis tue bn̄dcē ſꝫ magnā mltitudīe
dulcedīs tue:⁊ ꝑꝑ reuerētiā ⁊ amoꝛem
tue bn̄dcē mr̄is cū deſiderio intēro te vi
dendi in gl'ia tua vt ſoci' tribulationū ⁊
doloꝝ vroꝝ effici merear ꝑticeps gaudi
oꝛū vroꝝ i gl'ie. Qui cū prē ⁊ ſpū ſcō vi
uis ⁊ rgnas ꝑ īfinita ſcl'a ſcl'oꝝ amē. ℟.
Ecce vidim' eū nō hn̄tē ſpēm nꝫ deco
rē:aſpect' ei' i eo nō ē:h' pcā nr̄a tulit ⁊
ꝓ nobis oib' dolēs:ipe āt vulnerat' eſt
ꝑꝑ iniq̄tates nr̄as. Cui' liuoꝛe ſanati ſu
mus. ℣. Uere lāgoꝛes nr̄os ipe tullit
⁊ doloꝛes nr̄os ipe poꝛtauit. Cui'. Gl'a.
Cui'. ℣. Xp̄s fcūs ē ꝓ nobis obediens
vſꝫ ad moꝛtē. ℟. Moꝛtē āt crucis oꝛo

o Ōps ſempiterne de' q humāo ge
neri ad imitādū hūilitatis exem
plū ſaluatoꝛē nr̄ꝫ carnē ſumere
⁊ crucē ſbire feciſti:ꝯcede ꝓpiti' vt pa
tie ei' hr̄e documēta ⁊ reſurrectiōis cō
ſoꝛtia mereamur ꝑ eū. Hāc oꝛōeꝫ fecit
btūs Joꝛdan' pꝛim' magr oꝛdis p' btm̄
dominicū quā ſingl'is noctib' flexis ge
nib' an̄ altar eiuſdē i quocūq̄ ꝯuentu
erat mirabili deuotiōe dicebat.

s Sacerdos dī ſciſſime:ꝯfeſſoꝛ alme
⁊ ꝑdicatoꝛ egregie btiſſime pr
dn̄ice: Vgo electe a dn̄o ⁊ fr oēs
i dieb' tuis dō placēs atq̄ dilecte: uita:
doctria ⁊ miracl'is gl'oſe:quē ap dn̄ꝫ de
um nr̄ꝫ aduocatū ꝑcipuū hr̄e gaudem'
ad te quē iter ſcōs ⁊ electos dei ꝯuotōe
mlta reuereoꝛ de pꝛofūdis clamo i hac
valle miſie. Adeſto q̄ſo piiſſime:adeſto
clemē iſſie peccatrici aīe mee:oi vtute
⁊ grā deſtitute mltiſq̄ miſerijs ac vitio
rū ⁊ pctōꝝ vinculis īuolute. Adeſto mi
ſere ⁊ īfelici o btā ⁊ bn̄dicta aīa viri dei
quā bn̄dictiōe tāta ditauit grā diuina:
vt nō ſolū te ad verā regē:ad trāqllā ſe
dē ad celeſtē gl'āꝫ ſblimaret:ſꝫ ⁊ aīs inu
merabiles ad eādē btitudīnē tua lauda
bilis vita traheret. dulcis admonitio ici
taret:ſuauis doctria iſtrueret ⁊ ferueēs ꝑ
dicatio ꝓuocaret. Adeſto igr bn̄dcē do
minice ⁊ iclina aurē pietatis tue ad vocē

deuote ſupplicatiōis mee: ad te cōfugiēs pauper ⁊ mēdica aīa mea tibi ſe proſter nit q̄ humili mēte pōt: tibi ſe ſe conatur languida preſentare: tibi moribūda q̄ſtū valet nitit̄ ſupplicare: vt pot̄ tib⁹ meritis ⁊ pijs p̄cibus tuis eā digneris viuificare atq̧ ſanare bn̄dictiōis tue dono copioſe replere. Scio nāq̧ ſcio vere ⁊ cert⁹ ſu3 q: potes: ↄfido ex magna charitate tua: q: voles: ſp̄o ex imenſa miſericordia ſaluatoris: q: ad apō eū qō voles efficies. Spo vtiq̧ ex nimia familiaritate dilectiſſimi tui ⁊ electi ex milib⁹ ieſu xp̄i: q: tibi nō negabit: ſ3 apud eūdē dn̄m ⁊ amicum tuū qcq̄d volueris obtinebis. Quid eīm dilecto ſuo negare poterit tam dilectus: q̄d nō dabit illi q p⁹ poſitis oib⁹ ſe ip̄m totū ⁊ ſua oia ſibi dedit: Sic vtiq̧ didicim⁹: ſic te laudamus ⁊ veneramur. Tu i etate adhuc florēte virginitatē tuā ſpecioſo virginū ſpōſo dedicaſti: tu cādidata3 fonte ſacrato ⁊ dotatā ſpū ſancto amicā tuā amatori regi regū caſtiſſimo ſpōſa3 dediſti: tu corp⁹ tuū hoſtiā viuente3 ſcā3 deo placētē exhibuiſti: tu iſtitutione diuia format⁹ teip̄m totū deo tradidiſti: tu iā pridē reglarib⁹ armis iſtruct⁹ aſcēſiones in corde tuo diſpoſuiſti: tu de virtute creſcēs in virtutē: de bono ſēp in meli⁹ p̄feciſti. Tu viā demq̧ p̄fectiōis aggreſſus derelictis oib⁹ nud⁹ nudū xp̄3 ſequēdo theſaurizare magis i celeſtibus elegiſti: tu vehementi⁹ temetip̄m abnegans atq̧ viriliter crucē tuā baiulans redēptoris noſtri ⁊ ducis veri ſeq̄ veſtigia ſtuduiſti: tu zelo dei atq̧ ſup̄no igne ſuccēſus pp nimiā charitatē tuā in vehemē tis ſpūs feruore ⁊ paup̄tatis voto p̄petue ap̄lice religiōi ⁊ euāgelice p̄dicationi temetip̄m total̄r īpēdiſti: ⁊ ad hoc op⁹ alto iā dudū p̄uidente ↄſilio ordinē ſcūm p̄dicatorū īſtituiſti: tu p orbē terraꝝ glo ſis meritis ⁊ exēplis tuis ſcām eccl̄iam illūinaſti: tu derelicto carnis ergaſtulo ad ſup̄nā aſſūptus curiā aſcēdiſti: tu decorat⁹ ſtolla iā p̄ma aduocat⁹ nr̄ ad dn̄m acceſiſti. Te igit̄ q̄ſo mihi ⁊ in oib⁹ charis meis ſubueni ⁊ vniuerſo clero ⁊ pp̄lo atq̧ deuoto femineo ſexui: q ſalutē gn̄is hūani tāto zelo deſideraſti: tu p⁹ brā3 reginā virginū ſpes mea dulcis atq̧ ſolatiu3: tu ſingulare mihi refugiū intēde p piti⁹ in meū auxiliū. Ad te vnū: ad te cōfugio: ad te ſolū audacter venio: ad tuos pedes me p̄ſterno: te patronū ſupplex inuoco: te iploro ⁊ tibi deuote me recomādo. Tu ſuſcipere ⁊ cuſtodire: tu p̄tegere ⁊ adiuuare me dignare pi⁹: vt īteruenīēte gr̄a tua deſideratā dei gr̄am recupare ⁊ miſericordiā ei⁹ īueire: ⁊ p̄ntis atq̧ future vite remedia ad ſalutē merear impetrare. Sic ſic magiſter optie: ſic q̄ſo fiat fiat: dux īclyte pr̄ alme btē dn̄ice: ſic mihi p̄co: adiis ⁊ oibus nobis eſto ver⁹ dn̄ic⁹ dn̄i gregis cuſtos aſſidu⁹. Cuſtodi nos ſemp ⁊ guberna ⁊ tibi ↄmiſſos nos emēda: ⁊ emēdatos recōmenda: ⁊ cum gaudio poſt hoc exiliū nos rep̄ntā bn̄dcō dn̄o ⁊ dilecto tuo altiſſimo dei filio ieſu xp̄o ſaluatori nr̄o: cui⁹ honor laus ⁊ gloria: ienarrabile gaudiū ⁊ beatitudo p̄petua cum glorioſa virgine maria ⁊ vniuerſa ciuiū ſupernorum curia ſine fine manet in ſempiterna ſeculoꝝ ſecula. Amē.

FINIS.

8au.
DIPUTACIÓ DE BARCELONA
Biblioteca de Catalunya
Reg. 478.567
Sig.
Mar 256-8°
BIBLIOTECA DE CATALUNYA
1001801316